ad superiꝰ ext emū. ¶ Et ā pt facere deꝰ q̄ hu
iusmodi flāme dirigant vius vnā extremita
tē terre. ⁊ nō ad alterā. ⁊ ī hac extremitate quā
flāme nō attingunt pt esse limbꝫ paruulorꝫ. ⁊
fuit antiquiꝰ receptaculū antiq̄ꝫ patrū. nō ⁊c.

Quātuꝫ ad terciuꝫ Articulus tercius.

articulū tria sunt videda. ¶ Primo q̄ꝫ viuo
rū suffragia sint ipis defunctis vtilia. ¶ Se
cundo q̄bꝫ defunctꝭ psint suffragia ¶ Terciō
q̄t sint suffragiorꝫ genera. ¶ Quo ad primuꝫ
pono duas ꝛclusiones. ¶ Prima est q̄ viui Conclusio prima
p suffragia seu p bona opa possunt defunctꝭ sb 1
uenire. Qz mēbra vniꝰ corpis sibi mutuo po
terūt sbuenire. Sz fideles tā viui q̄ꝫ defuncti
sunt mēbra vniꝰ corpis mistici. cuiꝰ caput est
dñs ihs xps. g ⁊c. Maior patet. Minorē āt
ponit apls ad Ro. xij. vbi ait. Unū corpꝰ su
mus ī xpo. singuli aūt alter alteriꝰ mēbra. Et
Et beatꝰ augꝰ. in quadā omelia ait. Ipe ē ca
put ecclie. nos q̄ꝫ mēbra eiꝰ. mediatore dei ⁊
hoīm ihs xps. ¶ P. ista ꝛclusio patꝫ p beatū 2
augustinū q̄ vt hic habet in lra ait. Nō est ne
gādū spūs defunctorꝫ pietate suorꝫ viuorꝫ pos
se relevari. ¶ Sz ꝛtra hāc ꝛclusionē nituntur Instantia
aliq̄ arguere autoritate sacre scripture Eccls. 1
ix. vbi dicit. Mortui nō habēt partē in h̄ se 2
culo. nec in ope qd̄ sb celo gerit. ¶ Et apoca.
xiij. dicit de mortuis. Opa em̄ illorꝫ sequunt

3 illos. g̃ nõ opa alioꝝ. ¶ Et ad Gal. vi. dicit
4 Que seminauerit hõ: hec ⁊ metet. ¶ P. idez
pbant autoritate hieronimi q̃ ait. In pseni
seculo scim⁹ siue oratõibꝫ siue ꝯsilijs nos pos
se iuuari. cũ aũt ante tr. bunal xpi venerimus.
nec iob nec daniel nec noe posse rogare p quo
cũq̃. ſz vnũquẽq̃ on⁹ suũ portare. ¶ Ad pri
Solutio Ad. 1. mũ dicendũ q̃ duplex est opus. s. op⁹ opans.
qd̃ est ipa opatio pfluens ab ipo agẽte. ⁊ op⁹
operatũ. qd̃ est ipe fruct⁹ seu vtilitas ex ipa ope
ratione resultans. Primo modo loquẽdo ꝛ
ope intelligẽda est autoritas eccl'ſ. ⁊ nõ secũ/
do modo. Qz sicut in societate mercatoꝝ so/
cij quiescẽtes habẽt ptẽ in ope opato. s. in lu/
cro acq̃sito p socios suos. q̃ laborãdo discur/
runt p diuersas mũdi partes. attamẽ nõ ha/
bent partẽ in ope opante. quia nõ discurrũt.
sed potj⁹ domi quiescũt. sic dato q̃ mortui nõ
habẽt partẽ in ope a viuis pfluente. tñ ꝛ cõ
sensu viuoꝝ possunt habere partẽ i fructu ab
hmõi ope resultãte. ¶ Ad illud ꝛ apocal'. di
Ad. 2. cendũ. q̃ ea que fiũt p ꝛfunctis possunt dici
opa eoꝝ. qz ⁊ si talia nõ sint ab ipis elicita. tñ
sunt p ipis elicita. ⁊ ipis donata. q̃ autẽ dona
ta sunt alicui iure dicunt esse sua. nõ min⁹ q̃z
ea q̃ sunt p ipm facta. ¶ Ad autoritatez aplj
Ad. 3. dicendũ q̃ existẽtes in purgatorio possũt di/
ci seminare ea q̃ in hoc mũdo p ipis seminan
tur. qz sicut dicũt iura. qui approbat illd̃ qd̃
suo nomie fit. ille iudicand⁹ est sicut si illud
psonaliter fecisset. Sz quilibet existẽs in pur/
gatorio approbat ⁊ nõ reclamat quicq̃d boni
p ipo vel suo nomie fit in hoc mũdo. ergo si/
bi est ascribendũ tanq̃z si illud pson aliter feciſ
Instantia set. ¶ Forte dicet q̃ cõsimili rõne bona opa fa
cta p illis qui sunt i iferno ꝛberẽt dici opa eo
Solutio rum. ¶ Respõdeo q̃ istud nõ est verꝝ. qz exi
stẽtes i inferno ira sunt obstinati in malo. q̃
nullũ bonũ noie eoꝝ factũ laudãt seu appro/
bant. sed potj⁹ cõtra faciẽtes blasphemãt. sic
pt haberi ex dictis Anſ. in lib. ꝛ casu dyabolj
Sicut ergo fm iura mala nomine alicuj⁹ fa/
cta que postq̃z sibi inotuerint nec laudant nec
approbant. sibi nõ imputãda. sic nec bona p
Ad. 4. dãnatis facta ipis sunt appropriãda. ¶ Au
toritas etiã hieronimi nõ est ad ppositũ. qz p
cise loquit ꝛ extremo iudicio i nouissimo die
venturo. ¶ Cõclusio secũda est. q̃ nõ solũ bo
Secunda ꝯclusio noꝝ. ſz etiaz q̃nq̃z maloꝝ hominũ opa pfunt
ipis ꝛfunctis. Qz sicut cõmuniter dicit mis/
sa a bono sacerdote celebrata quantũ ad ꝓtu/
tẽ misse nõ est melioꝝ q̃z missa celebrata a ma
lo sacerdote. Sz missa celebrata p ꝛfunctis
a bono sacerdote valet ⁊ pdest ipis ꝛfunctis
ergo etiã missa celebrata a malo sacerdote ipis
valebit. ¶ Sz huic cõclusioni videt fm ali/ Instantia
quos obuiare text⁹ scripture Iob is. ix. vbi di 1
cit. Scim⁹ aũt q: peccatores ꝛ⁹ nõ exaudit.
ſz si quis ꝛi cultor est. ⁊ voluntatẽ eius facit
hũc exaudit. ¶ P. op⁹ mortuũ nihil valz ad 2
vitã. ſz omne op⁹ peccatoris est mortuũ. qz nõ
habet aliq̃d viriditatis ram⁹ boni opis. si nõ
mãserit in radice charitatis. vt ait gregoꝝ in
omel'. sup illo verbo saluatoris. h̃ est pceptum
meũ vt diligatis invicẽ. ¶ P. bonũ op⁹ pecca 3
toris nõ pt sibi pdesse. q̃ nec alicui alteri. An
tecedẽs patet ex dictis superi⁹ dist. xv. arti. ij.
Cõsequẽtia etiã ptz. qz op⁹ vnuscuiusq̃z ma
gis videt sibi pdesse q̃z cuicũq̃z alteri. ¶ P. p 4
ista pte allegat etiã gregoꝝ. q̃ ait. Cũ is q̃ di
splicet ad intercedendũ mittit. irati animi ad
deteriora pnocat. ¶ Ad primũ dicendũ q̃ q̃z/
uis ꝛ⁹ ñ exaudiat peccatores fm se. tñ vt mi Solutio. Ad. 1.
nistri sunt ei⁹ qui peccatũ non fecit. dñi. s. ihu
xpi. sic ꝛ⁹ exaudit eos. Cũ igit in omi missa
rite celebrata sacerdos sit minister xpi. ergo ꝛ.
¶ Ad secundũ dicendũ ad minorẽ. q̃ q̃z uis
op⁹ hmõi mortuũ sit. si ei⁹ actor principalis Ad. 2.
sit peccator mortalis. tñ si solũ minister opis
est peccator. ⁊ actor principalis est immunis a
peccato. tũc op⁹ nõ censet mortuũ ſz viuũ. si
cm̃ bon⁹ domin⁹ daret elemosinã p manũ ma
li serui. ex hoc illud op⁹ nõ diceret mortuũ ſz
viuũ. Sic autẽ est in ppositio. ¶ Ad terciz Ad. 3.
nego cõsequentiã. Ad pbationẽ dicẽdũ q̃ il
la ppositio non est vera. nisi supposita equali
dispositõe in ipo q̃ facit op⁹ ⁊ in altero. si enz
ipe nõ est disposit⁹ ad percipiendũ fruct⁹ illj⁹
opis qd̃ ministerialiter ab ipo pcedit. ⁊ alter
est disposit⁹ ad percipiendũ tales fruct⁹. tunc
dato q̃ hmõi op⁹ nõ valeat faciẽti. potest ta/
men valere alteri. ¶ Ad quartũ dicendũ q̃ il Ad. 4.
lud dictũ gregorij est intelligendũ quãdo il/
le qui displicet intercedit in sua pson tanq̃z
intercessor pncipalis. ⁊ nõ quãdo intercedit
tanq̃z minister illj⁹ qui sũme placet ei ad quẽ
dirigit intercessio. Et isto secũdo modo fit in
ppositio. qz quãdo etiã mal⁹ sacerdos celebrat
missam. tũc intercedit ad ꝛũ p viuis ⁊ ꝛfun
ctis. tanq̃z minister christi. qui summe placet
ꝛo. etiã cõsiderat fm suã hũanitatẽ fm quã
in misse sacrificio ipe est sacerdos ⁊ hostia. of
ferens seipm ꝛo patri per manus sacerdotis
tanq̃z per man⁹ ministri. ¶ Quo ad secundã Scda pte
partẽ istj⁹ tercij articuli pono duas cõclusio/ tercij arti/
nes. culi.
¶ Prima pclo

psunt illis defunctis qui sunt in purgatorio
Quia nō psunt illis qui sunt in celo. quia in
nullo tales indigent nostro suffragio. Unde
iniuria est orare ī ecclesia p martire. vt ait au
gustin⁹ in sermone de verbis apostoli. Nec
psunt illis qui sunt in inferno. qz in inferno
nulla est redemptio. Et si instat de traiano q̄
ad pces beati gregorij liberat⁹ dicit de inferno.
ad hoc patet respōsio p ea q̄ dixi libro primo
dist. xli. arti. iiij. Nec psunt paruulis exi
stentib⁹ in limbo. qz sicut dictū est in pceden
tib⁹. pena damni quā patiunt debet esse perpe
tua. ergo supposito ex cōclusionib⁹ prime p
cedentib⁹ q̄ suffragia viuorū psint aliquibus
defunctis. sequit q̄ solū psint existētib⁹ ī pur
gatorio. Conclusio secūda est. q̄ suffragia
nō omnib⁹ psunt equaliter existentib⁹ ī pur
gatorio. sed specialiter illis p quib⁹ fiūt. Qz
si illis specialiter nō pdessent. tunc in ecclesia
frustra fierent suffragia specialia. Cōsequētia
patet. Etiā quilibet fidelis debz supponere cō
sequens esse falsum. P. sep⁹ legit in gestis
sanctorū q̄ per orationes z bona opa facta pro
vna anima determinata: illa anima specialiter
fuit liberata. sicut patuit super⁹ de anima que
in glacie fuit inclusa in qua sustinuit suū pur
gatorium. Sed cōtra istā cōclusionez est
opinio p̄positini. qui ponit q̄ suffragia facta
p vno defuncto equaliter quantū ad vtilita
tem z liberationē valent omibus qui habent
equalē gradū charitatis z meritorū cū illa pro
quo fiūt hmōi suffragia. licet magis sibi va
leant quantū ad honorē. Exemplū ad pro
positū ponit d candela accēsa oblata alicui in
tenebris sedenti cū pluribus socijs. que quātū
ad vtilitatē omibus valet equaliter. qz omni
bus equaliter lucet. Sed quantū ad honorē
specialiter pdest illi p quo apportata est hu
iusmodi candela. Cuz igitur lumē spirituale
nō sit minus cōmunicabile q̄z lumē corpale.
ideo omibus socijs existentib⁹ in codē gradu
meritorū suffragiū qd est qd daz lumē spiritu
ale equaliter pdest. P. beat⁹ augustin⁹ in
sermōe de verbis apli ait. q̄ illis psunt suffra
gia. qui vt pdessent sibi ī hac vita meruerūt.
igit his qui equaliter meruerūt illis equalit
pdesse debent. Dixit etiā idē p̄positin⁹ q̄ suf
fragiū siml factū p multis. tantū dē pdest sin
gulis z vnicuiq̄z illius multitudinis. sicut si
p quolibet huiusmodi suffragiū factum fuis
set per se z in speciali. Nā sicut vna lectio plu
ribus auditoribus siml lecta tantū valet cuilibet
sicut si sibi soli fuisset lecta hmōi lectio. sic in
ppposito zc. P. istud pbatur autoritate hie
ronimi q̄ ait. Quotiēs p centū animab⁹ psal
limus vel missa canit. tantū pdest cuilibet q̄z
tum si p quolibet caneret. Sz primū dictū
isti⁹ opinionis nō videt esse verū. Qz suffra
gium fit p defuncto vt solut debitū pene quā
sustinere tenetur in purgatorio. Sed p hoc
q̄ soluit debitū vnius. nō ppter hoc soluit de
bitū alteri⁹. ergo zc. P. dato q̄ vnus viu⁹
satisfaciat p alio viuo. ex hoc nō satisfacit p
oib⁹ viuis qui sunt in equali gradu charitatis
cū illo. ergo dato q̄ p viuos satisfiat pro aliq̄
defuncto. nō sequit q̄ illud suffragiū sit satis
factorū p omibus defunctis qui sunt in eo
dem gradu charitatis vl meriti cū illo defun
cto. Antecedēs patet ex dictis super⁹ dist. xx.
arti. ij. Cōsequentia etiā patet p locū a simili
Nec secundū dictū valet. qz omis virt⁹ fi
nita minuit quādo diuidit. Sz suffragiū fa
ctum a quocūq̄z puro homine est virtutis fi
nite. igit si fit p multis. nō tantū valet cuili
bet sicut si specialiter fieret p vno solo. P. si
ista opinio esset vera. tūc tantū valeret missa
vna dicta p mille animab⁹. quantuz si mille
misse dicerent p ipsis. Cōsequētia patet. Et i
am falsitas cōsequētis cuilibet fideli videt es
se nota. Ad primū dicendū. q̄ nō est simi
le de corpali lumine. qz corporale lumē diffū
ditur ex nature siue necessitate. sed spirituale
lumen qd est suffragiū diffundit fm illius a
quo pcedit intentionē z voluntatē. z ideo spe
cialiter illi hoc lumē subuenit ad quē istud
lumē dirigit ex intentōe dirigētis seu fm intē
tionē ei⁹ a quo mittit. Ad secūdū dicendū
q̄ q̄n aliquis dicit in vita sua meruisse vt sibi
post mortē valeāt suffragia. tale meritū est cō
ditionale. debet em tale meritū intelligi suppo
sito q̄ p ipo fiant suffragia. Cū igit illud qd
est cōditionale nō valeat nisi stante cōdicio
ne. ideo null⁹ liberat a purgatorio p suffragiū
factū in hoc mūdo. nisi hmōi suffragiuz fiat
p ipso vel ī speciali vel saltē in generali. Ad
formā igitur argumēti dicendū q̄ his q̄ equa
liter meruerūt. illis equaliter psunt suffragia.
stante hac cōdicione q̄ p ipsis eqliter fiāt suf
fragia. aliter aūt nō. Ad terciū dicēdū q̄ n
est simile de lectōne. qz vox pcedens ab ore le
gentis multiplicat per aerē naturaliter. ita q̄
species eius deuenit ad aures singulorū circū
stantiū ipm legentē. Sed suffragiuz put est
quedā satisfactio nō diuidit nec multiplica
tur nisi fm intentionē illius a quo procedit.
z ideo non satisfacit nisi pro illo vel pro illis

Cōclusio secūda.

Opio pre positini.

Cōtra opinionem p̄positini.

Solutio.

Ad.1.

Ad.2.

Ad.3.

ad quē vel ad quos dirigiť fm intentōez ⁊ li/
Ad.4. berā voluntatē eiꝰ a quo ꝓcedit. ¶ Ad quar/
tū dicendū ꝙ effectꝰ suffragij duplex esse vide
tur circa ipos ꝛefunctos. Unꝰ est cōsolatio q̄
puenit ex ꝯgratulatōe ⁊ grata acceptatōe hu
iusmodi suffragij. Alij ꝯsiť a pena liberatio. vl'
saltē abbreuiatio. ¶ Quantū igiť ad primuz
effectū ꝑt intelligi dictū beati hieronimi. ⁊ n̄
q̄tū ad secūdū. qz qñ aliqd̄ bonū opꝰ fit simł'
ꝑ pluribꝫ aiabꝫ. tūc rōne ꝑfecte charitatis q̄ est
in illis aiabꝫ ablq̄z omī inuidia q̄libet eaz ita
gratāter acceptat qd̄ fit ꝑ alia sicut si fieret ꝑ
seipa. ⁊ q̄libet in h̄ alteri ꝯgratulādo ꝯgaudet
ei ⁊ cōsolať quasi si tale suffragiū ꝑ ipa sola fu
isset factū. Tamē ꝑ illud suffragiū ꝑ pluribꝫ
factū. nō tm̄ satis fit ꝑ qualibet. nec tm̄ breui
atur pena cuiuslibet. sicut si fuisz factū ꝑ vna
Tercia ꝑs sola. ¶ Circa terciā partē istꝰ articuli est ad
tercij arti/ uertēdū ꝙ q̄tuor sunt generales modi suffra
culi. gioz quibꝫ ꝑt ꝓuenire aiabꝫ ipoz ꝛefunctoz
Quos modos tangēs beatꝰ gregoriꝰ ait. Aie
ꝛefunctoz quatuor modis soluunť. s. oblatō
nibꝫ sacerdotū. ꝑcibꝫ sanctoz. elemosinis cha
roz. ⁊ ieiunijs cognatoz. ¶ Ubi ꝑ oblatōes
sacerdotū ꝛebet ĩtelligi misse celebratio. ꝑ ora
tiones sanctoz cuiuslibet boni hoīs siue ĩ via
sit siue in patria ꝛeuota ꝑ ꝛefunctis obsecratio
Dicunť etiā elemosine date ꝑ ꝛefunctis elemo
sine charoz. qz q̄ dat aliqd̄ ꝑ altero. signū est
ꝙ illū magis habet charz q̄z illud qd̄ dat ꝑ eo.
ergo q̄ dant bona ꝑpalia ꝑ ꝛefunctis oñdunt
se chariores habere ipos ꝛefunctos q̄z res suas
ꝑpales. Addiť etiā ieiunijs cognatoz. qz qui
pnā ꝑ alio volūtarie sustinet. sibi ꝑrim̄ esse
videť. ⁊ h̄ vel ꝑpinquitate naturali. q̄ cōmu/
ni noīe ꝯsueuit appellari cognatꝰ. vel ꝑpinq̄/
tate amicabili. sicut est quilibet dilectꝰ amicꝰ
q̄ etiā ꝑt dici cognatꝰ q̄si ꝯnatꝰ. qz ex vi amo/
ris ꝯglutinanť ⁊ quasi ꝯnascunť anime vero
rū amicoz. ¶ Dicunť aūt hi q̄tuor modi suf
fragioz generales. qz omia bona opa quibꝫ iu
uari possunt aīe ꝛefunctoz reduci poterūt ad
p̄dicta.

Articulus quartꝰ.

Quātū ad quartuz

articulū dicendū breuiter ꝙ sancti cognoscūt
1 ꝑces nras q̄z ad ipos dirigimꝰ. Quia si non.
tūc frustra fierēt tales ꝑces. Ez ꝯsequēs ē fal
suz. ergo ⁊ antecedēs. Falsitas ꝯsequētis pa/
tet. qz q̄cq̄d nobis ꝯsuliť auctoritate sacre scri/
pture h̄ nō ꝑt esse frustra. Ez vt sanctos ꝑci
bus inuocemꝰ ꝯsuliť cuilibet nostz Job. v. c.
vbi diciť. Uoca q̄. si est q̄ tibi respōdeat. ⁊ ad
aliquē sanctoz cōuertere. Patet etiā ꝯnntia.
Qz frustra ad illū ꝑces dirigunť q̄ hmōi pre
ces ignorat ¶ P. beatꝰ gregoriꝰ. xq. li. moral'. 2
loquēs de aiabꝫ beatis ait. Qui intꝰ dei omī/
potentis claritatē videt. nullo modo credēduz
est ꝙ foris sit aliqd̄ qd̄ ignorēt. ¶ Ez oppo/ Opio fla.
sitū istꝰ ꝯclusionis tenet quedā antiq opio.
quā beatꝰ hieronimꝰ reputat erroneā. vt patz
in epla ad vigilantiū. ¶ Motiua vero istꝰ
opinionis poterāt esse hec. Qz sepe aliq̄ hoīes 1
inuocāt sanctos vt a suis tribulatōibꝫ liberēť
⁊ tm̄ nō liberantur. q̄ sancti nō cognoscūt hmōi
ꝑces nec tribulatōes ꝑ quibꝫ inuocanť. An/
tecedēs patet. Cōsequtia ꝑbať. qz qñ fuerūt ĩ
via habētes ꝑfectā charitatē ipi iuuissent qn/
tū potuissent omes q̄ eos ĩ suis tribulatōnibꝫ
inuocassent. alias em̄ ipi ñ habuissent ꝑfectā
charitatē. Ez ĩ patria eoz charitas est ꝑfecti
oz ⁊ feruētioz q̄z fuerit ĩ via. q̄ si ꝑciperēt ꝑces ĩ
tribulatōne positoz vtiqz iuuarēt eos. ¶ P. 2
omis oratio viatoris vl' est vocalis vel mēta/
lis. Ez aia beata existēs ĩ patria nec ꝑt cogno
scere vocalē. qz cū sit separata ab organo corpali
nō videť habere sensuz auditꝰ. q̄ est ꝑceptiuꝰ
vocalis oris. Nec mentalē. qz solꝰ deꝰ q̄ hu/
mane mentis illabiť ꝑt cogitare talē oōem q̄ ĩ
mēte latet abscōdita. ¶ Et ꝯfirmať. qz angeli Cōfirmať
non cognoscūt occulta cordiū nostroz. q̄ nec
aīe ¶ P. Isa. lxiij. sup illo ꝓ tu. abraā nesciuit 3
nos. ⁊ israel ignorauit nos. dicit glosa. ꝙ mortui
etiā sancti nesciūt q̄d agāt viui ¶ Et idē ꝓbū
tractās beatꝰ augꝰ. in li. d̄ cura ꝑ mortuis agē
da. ait. Si tāti priarche q̄d erga ppl'm ab eis
ꝑcreatuz agereť ignorauerūt. quo mortui vi/
uoz rebꝫ ⁊ actibꝫ cognoscēdis ⁊ adiuuandis
miscenť. ¶ Ad primū nego ꝯsequentiā. Ad Solutio
ꝑbationē dicendū ꝙ licet sancti in patria cla/ Ad.1.
re videāt tribulatōes hominū. ⁊ audiāt ꝑces
eoz. quia tamē clariꝰ videt voluntatē dei nūc
in patria q̄z tunc quādo erant in via. ideo nō
obstante ꝙ feruentioē ꝑnunc habeāt charita
tem. tamē aliquos iuuissent quādo fuerūt in
via. quos modo nō adiuuāt. quia nosciūt hoc
placere deo vt in tribulatōe ꝑmaneāt. ¶ Ad Ad.2.
secundū nego minoē. ¶ Ad primā ꝑbatio/
nem dicendū ꝙ licet angelꝰ vel anima separata
nō habeat auditū fundatū in organo corpali
tamē voces ⁊ alias res sensibiles ꝑcipit in/
tellectu ꝑfectioz ⁊ nobilioz modo q̄z ꝑci/
piank mediante corpali auditu. ¶ Ad secun
dā ꝑbationē dicēdū. ꝙ posito ꝙ cognitōe na/
turali nō cognoscāt mentalē oationē. tamen

possunt eā cognoscere cognitōne supnaturali put hmōi oratio relucet in diuina essentia. in qua quilibet beat⁹ clare videt omia ad suā beatitudinē spectātia. ⁊ q̄ ad ipm dirigūt cognoscēda. ¶ Ad ꝛ firmatōez dicēdū ꝙ etiā angeli cognoscūt ī verbo omia q̄ spectāt ad suā beatitudinē. vel q̄ respiciūt sua officia. Qūo autē angeli cognitōe naturali cognoscāt occlta cordiū. patet ex his q̄ dixi lib. ij. dist. vij. arti. ij.

Ad. 3. ¶ Ad terciū dicēdū. ꝙ omes ille autoritates possūt intelligi de cognitōne naturali q̄ aie separate cognoscūt res in ꝓprio genere. q̄ cognitio ꝑt impediri ꝓpter nimiam distātiā cognoscētis a cognoscibili. ⁊ nō de cognitōe supnaturali q̄ res cognoscūt in ꝓlo ⁊ in essentie diuine clarissimo speculo. ¶ Ad argumētū ꝑncipale dicendū ꝙ minor nō est vniuersaliter vera. qz qñ aliqui mali viui imitant exēpla reprobōz defunctoz. tūc mala viuoz possūt aliquo modo obesse hmōi malis defunctis. Cū igit ꝓ minor sit de⁹ ad miserendū q̄z ad ꝛdemnandū. rōnabile est vt bona viuoz possint ꝓdesse bonis ⁊ ꝑdestinatis defunctis. ⁊ h̄ vel ad augmētū glorie saltē accidētalis. si fuerit bona ꝑ imitationē. fm ꝙ boni viui imitant bona exēpla a virtuosis defunctis relicta. vel ad remissionē pene. si fuerint bona ꝑ modū satisfactōnis. cuiusmodi sūt suffragia facta ꝓ defunctis.

Ad princi pale argu.

¶ Distinctio quadragesima sexta.

Sed queritur

hic. Postq̄z mgr tractauit de statu defunctoz q̄z aie sunt ī purgatorio. nūc tractat de statu damnatoruz quoz anime sunt in inferno. Et diuidit ī duas ptes. Nā primo mgr mouet q̄stionē vtrū fm nudā dei iusticiaz. vel etiā aliq̄ modo fm misericordiā illi puniant qui sunt in inferno. Secūdo ostēdit qūo hmōi virtutes dicunt esse in deo vel in opere diuino. ibi. Sz qūo iusticiā. Prima ī tres. Qz ꝓmo iā dictā mouet q̄stionē. ⁊ recitat circa eā vnā opinionē. Secundo illi⁹ opinionis attēptat improbatōez. Et tercio determinat q̄stionē iuxta suā intentionē. Secūda ibi. Sz his occurrit. Tercia ibi. Ecce ita asserit. Et hec diuidit in tres ptes. Qz primo ꝑdicte questionis ponit determinationē. Secūdo respōdet ad oppositam obiectionē. Tercō cuiusdā dicti innuit explanationē. Secūda ibi. Qz q̄ dictū est. Tercia ibi. Nui⁹ iudiciū occultū. ¶ Sequit illa ꝑs Sz qūo. Et diuidit in tres ptes. Qz ꝓmo insinuat ꝙ aliq̄ modo diuīa misericordia ⁊ iusticia ꝑ comparatōez ad exterioza opa distinguūt. Secūdo declarat qūo alia ⁊ alia opa diuine iusticie. misericordie. ⁊ bonitati attribuunt. Et tercio manifestat qūo in omī diuio ope misericordia ⁊ iusticia inueniunt. Secda ibi. Qz aūt q̄dā opa. Tercia ibi. Post hec ꝛsiderari oꝑtet. Prima ī tres. Qz ꝓmo circa ꝑdicta ꝓponit q̄stionē. Secdo sbdit rnsionē. Et tercio adducit ⁊ tollit aliā incidentē dubitationez. Secūda ibi. Dis rnderi ꝑt. Tercia ibi. Sz fm h̄ occurrit. ¶ Et hec est diuisio isti⁹. xlvi. distinctōis. circa quā q̄ro.

Trū in deo sit misericordia ⁊ iusticia. Et videt ꝙ nō. Qz ī deo nihil ꝑt esse frustra. q̄ in deo nō ꝑt esse aliq̄ virtus moralis. Ñcedēs est notū. qz cū de⁹ sit purū necesse esse ⁊ ꝓnceps sūmus ad quē omia alia ordinant. vt patet. xij. metha. igit impossibile ē ꝙ aliq̄d frustra sit ī ipo deo. Cōsequntia etiaz patz. qz qñ potētia ex se ē sufficiēter determinata ad h̄ vt ꝓmpte delectabiliter ⁊ expedite eliciat actū iusticie ⁊ miscdie. tūc frustra in tali potētia poneret virt⁹ iusticie ⁊ miscdie. Sed potētia diuīa ē ex se sufficiētissime determinata ad h̄ q̄ ꝓmpte delectabiliter ⁊ expedite eliciat actū iusticie ⁊ miscdie. q̄ ꝛc. Minor ꝑtz. qz si determinat diuīa potētia ad ꝓmpte ꝛc. vel determinat ex se vl' ex aliq̄ alio. Si ꝓmo mō. tūc haberet ꝓpositū. Si scdo mō. tūc vl' illd ē ī deo ⁊ sic de⁹ esset ꝓpe cōpositus. ⁊ ñ esset pur⁹ act⁹. cuius oppositū ꝑtz. xij. metha. vl' illd aliud essz extra deū. ⁊ sic de⁹ dependeret ab aliq̄ extra se existēte. ⁊ ꝑ ꝛsq̄ ipe nō essz ꝓnceps independēs a q̄ totū vniuersū nosciť dependere. cui⁹ oppositū sil' ꝑtz eodē. xij. metha. Probat etiā maior. qz cū habit⁹ nō regrat ad sbam act⁹. vt tactū est lib. iij. dist. xxiij. arti. iij. sequit ꝙ solū regrat ad determinādū potētiā mō ꝑdicto. ¶ Cōtrariū ꝑtz ī multis locis sacre scripture. ī q̄bus fit mentio de iusticia ⁊ miscdia dei. ¶ Dic ꝓmo videdū est d̄ iusticia dei fm se. ¶ Secdo de ei⁹ miscdia. ¶ Tercio d̄ distinctōe vni⁹ ab alta. ¶ Et q̄rto vtrū ī omī dei ope sit mia ⁊ iusticia.

Quantū ad primū

Articulus primus

est aduertendū ꝙ fm ph̄m. v. ethi. duplex est iusticia. s. legal'. ⁊ eqlis. Et ibidē eql' sbdiuidit ī iusticiā distributiuā. ⁊ iusticiā cōmutatiuā. ¶ Et fm hoc pono tres cōclusiones. ¶ Prima est. ꝙ iusticia legalis nō cōuenit ipsi deo.

Pria ꝓclo

Quia sicut patet. v. ethicorꝫ. iusticia legalis dicit virtꝰ vniuersalis. eo q̃ virtuosus fm hãc virtutẽ exequat iuxta suã possibilitatẽ opꝰ cuiuslibet virtutis. nõ ꝓpter aliũ finẽ nisi vt satisfaciat ꝓcepto ⁊ volũtati ipsiꝰ legislatoris. hmõi virtutũ opera ꝓcipientis. Sed ꝛeꝰ nõ habet aliquẽ principẽ vel legislatorẽ supꝛ se cuius ꝓcepto in faciẽdis virtutũ operibꝫ ipe ꝛeꝰ teat satisfacere. vel eiꝰ volũtati cõplacere. igitur ⁊c. ¶ Forte diceꝯ. ꝑclarissima virtutũ videtur ꝓꝓrie ꝛeo cõuenire. Sed iusticia legalis est ꝑclarissima virtutũ. ergo ⁊c. Maior patet. quia cũ aliqua virtꝰ cõueniat ipsi ꝛeo. igit ꝓpter eiꝰ summã claritatẽ ꝑclarissima virtutũ sibi videt necessario cõuenire. Minor etiã patet ex. v. ethicorꝫ. vbi dicit. q̃ iusticia legalis est ꝑclarissima virtutũ. ⁊ neqꝫ hesperus neqꝫ lucifer ita ãmirabilis. Et ibidem dicit ꝛe ista legali iusticia. q̃ nõ est pars virtutis. sꝫ est tota virtꝰ. sicut cõtraria iniusticia nõ est pars malicie. sꝫ ẽ tota malicia. ¶ Respõdeo q̃ maior nõ est vera. suppposito q̃ talis virtꝰ que dicit ꝑclarissima cõcernat in eo in quo habet esse cõditionẽ repugnantẽ ipi ꝛeo. Hic autẽ est in ꝓposito. qꝛ ꝛe ratõne eiꝰ qui dicit iustꝰ legalis est q̃ habeat principẽ ⁊ legislatorẽ supꝛa se vt patuit ex iã dictis. igit ꝛeꝰ qui est summus princeps. a quo omis principat. ꝛepẽdet ĩ celo ⁊ in terra. nõ potest vere dici iustꝰ legalis.

Instantia

Solutio

¶ Ad ꝓbationẽ nego cõsequentiã. qꝛ istius virtutis ꝑclaritas determinat sibi tale subiectũ qd recognoscit se habere dominũ ⁊ legislatorẽ supꝛa se. cui desiderãs obtẽperare ⁊ cõplacere implet omia legis mandata. exercitãdo se in operibꝫ virtuosis. ꝓpter qd licet ista virtꝰ sit ꝑclarissima ĩ subdito. tamẽ si p impossibile ratio istiꝰ virtutis in ꝛeo poneret. nullã in eo haberet ꝑclaritatẽ. sꝫ magis ꝛerogaret excellentie diuine ꝑclaritatis. que nulliꝰ alteriꝰ principis legibꝫ dinoscit subiacere. ¶ Cõclusio secũda est q̃ iusticia distributiua ꝓꝓrie cõuenit ipsi ꝛeo. Quia quicũqꝫ distribuẽda pluribꝫ sic distribuit. q̃ vnicuiqꝫ tribuit fm ꝓꝓportionẽ siue capacitatis ⁊ exigentie. illi ꝓꝓrie cõuenit virtus iusticie distributiue. Sed tã in naturalibus q̃ꝫ in moralibꝫ ꝛeꝰ distribuẽda creaturis sic distribuit. q̃ vnicuiqꝫ tribuit fm ꝓꝓportionem siue capacitatis ⁊ exigẽtie. put fide tenemus. ⁊ etiã multi philosophorꝫ cõfitentur. ergo ⁊c. Maior patꝫ. qꝛ ꝓꝓria ratio iusticie distributiue cõsistit in obseruantia equalitatis iuxta ꝓꝓrtionẽ recipientiũ. Unde nõ oportet. q̃ iustus distributor omibꝫ quibꝫ tribuit simpliciter equaliter tribuat. sed reqrit q̃ vni plus ⁊ alteri min tribuat ꝛe ꝑmio vel ꝺ pena vt sic quilibet recipiat iuxta gradũ sui meriti vel demeriti. ⁊ in hoc seruat equalitas ꝓportionis que est ꝛe ratõne iusticie distributiue.

Cõclusio secunda.

1

¶ P. nullꝰ potest esse perfectꝰ rector vel iudex multorꝫ absq̃ iusticia distributiua. Sꝫ ꝛeus est perfectꝰ rector ⁊ iudex vniuersorꝫ. ergo ⁊c. 2

¶ Sꝫ cõtra istã cõclusionẽ ⁊ eiꝰ motiua est opinio aliquorꝫ philosophorꝫ negantiũ ipm ꝛeũ esse rectorẽ vl iudicẽ eorꝫ que sunt extra se. Quia ꝛeꝰ nihil cognoscit extra se. ergo nihil regit vel iudicat eorꝫ que sunt extra se. Consequẽtia patet. qꝛ actꝰ regẽdi ⁊ iudicãdi ꝑsupponit actũ cognoscẽdi. Propter qd dicit. i. ethicorꝫ. Unusquisqꝫ iudicat bene que cognoscit ⁊ eorꝫ est bonꝰ iudex. Et sequit ibidẽ. Sicõm ergo vnũqdqꝫ in vnoquoqꝫ iudicat bene eruditus. Antecedẽs ꝓbant multis ratõibꝫ q̃s adduxi libro ꝓmo. dist. xxxv. arti. ij. ¶ Et eodem modo ꝓbat q̃ iusticia distributiua non sit in ꝛeo. qꝛ omis ille qui iuste distribuit cognoscit ea quibꝫ distribuit. Sꝫ ꝛeꝰ ⁊c. ¶ P. nulla virtꝰ moralis est in ꝛeo. ergo nec iusticia distributiua. Cõsequẽtia patet. qꝛ distributiua iusticia est virtꝰ moralis. vt patꝫ. v. ethicorꝫ. Antecedẽs habet ab arestotele. x. ethicorũ. vbi ait. q̃ ridiculũ est laudare ꝛeos fm aliquã virtutẽ moralẽ. vel aliquã actionẽ moralis virtutis eis attribuere. ¶ P. nullꝰ permittens fieri mala que si vult potest impedire: est iustꝰ iusticia distributiua seu gubernatiua. Sed ꝛeꝰ permittit mala fieri. que si vellet posset minimo nutu voluntatis sue impedire ne fierent. ergo ⁊c. Maior patꝫ. qꝛ in illo deficit iusta gubernatõ. qui in gubernatis p ipm nõ phibet omẽ malũ qd sine difficultate potest phibere. Minor etiã patet. qꝛ si dat oppositum. tũc ꝛei volũtas nõ esset omipotens ¶ P. nõ oia gubernata p ꝛeũ sunt iusta. g̃ ꝛeꝰ nõ est iustꝰ. Antecedẽs patꝫ. qꝛ sic ꝑdictũ est. ꝛeꝰ gubernat oia. g̃ ñ solũ iusta. vez etiã iniusta gubernat. Probatio ꝛsequentie. Nã sicut qꝛ ꝛeꝰ ẽ bonus ĩ creãdo. ideo omẽ qd ab eo creat ẽ bonũ. sic si esset iustꝰ ĩ gubernãdo omẽ qd ab eo gubernaret esset iustũ. ¶ Sꝫ ista nõ cõcludit. Eo q̃ scriptura ꝓhitatis dicat ipi ꝛeo. ps. cxviij. Iustꝰ es dñe: ⁊ rectũ iudiciũ tuũ. Et ibidem. Iusticia tua iusticia in eternũ: ⁊ lex tua veritas. ¶ Ad ꝓmũ nego antecedẽs. Ad ꝓbationes ꝺdm q̃ sic ĩ ꝓmo li. adducte sũt ille ꝓbationes. sic ibidẽ rndi ad eas ¶ Ad secũ nego añs qꝛ q̃cq̃d dicit ꝓfectões h̃ ponẽdũ ẽ ĩ ꝛeo. ⁊ h̃ vl

3

4

Oppiosita.

1

Cõtra opinionem.

Solutio

Ad. 1.

Ad. 2.

formaliter si dicit pfectionē simplicit. vl'eminenter ⁊ supequipollenter. Alias deus nō esset pfect⁹ omni perfectōne. cui⁹ oppositū patet. v. metha. Sz quelibet vir⁹ moralis aliq̄ modo dicit perfectionē. ergo aliq̄ modo cōuenit ipi deo. ¶ Ad pbationē dicendū q̄ accipiendo deos p idolis que gentes adorauerūt tpe arestotel'. tunc arestoteles vez dicit. q̄ hmōi idola nō fuerūt laudāda. sz magis vituperanda. Quia ⁊ si demones p talia idola loquētes quādoq̄z simularēt aliquē actū virtutis. tamē omni virtute penit⁹ caruerūt. ⁊ vicijs pleni fuerunt. Et tūc verba arestotel'nō sunt ad ppositū. q̄z nos hic loquimur de vero deo qui est omniū creator ⁊ gubernator. a quo iusticia distributiua nullaten⁹ est negāda. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ maior nō est vera. si pmittens fuerit talis q̄ de hmōi malis q̄ permittit scit ⁊ potest magna bona elicere. ⁊ etiā in permittendo nō facit cōtra aliquā legē. eo q̄ ipe nō subsit alicui legi. Sic autē est in ppositio. q̄z sm augustinū in enchiridiō. de⁹ nō pmitteret aliqua mala fieri. nisi sic esset omipotēs q̄ sciret bona elicere de hmōi malis. ¶ Etiā ipe nō sb est alicui legi. sicut patet ex pdictis. ¶ Ad q̄rtum nego cōsequentiaz. Ad pbationē rndet boeti⁹ in lib. de hebdomadibꝫ dicēs. q̄ nō est simile de bono ⁊ iusto. q̄z bonū dicit ꝯdicionē generalē omni effectui ipi⁹ dei cōmunicabilez. Sz iustū dicit cōdicionē specialē. Et ideo sicut nō esset bonū argumentū. lapis q̄ est effectus dei nō est sapiēs. ergo de⁹ nō est sapiens. sic i ppositio ⁊c. ¶ Cōclusio tercia est q̄ iusticia cōmutatiua quāuis nō pprie. tamē aliq̄ modo vere cōuenit ipi deo. Quia quicūq̄z recipit aliq̄d ab aliquo. ⁊ sm dictamē recte rationis reddit equiualēs. vel saltē nō minus valens. ille videt esse iust⁹ iusticia cōmutatiua. quā alio nomīe arestoteles appellat iusticiā directiuā. eo q̄ ista iusticia dirigat recipientē ⁊ reddentē vt in suis cōmutatōibꝫ ⁊ cōtractibus seruent equalitatē. Sed de⁹ aliq̄d rēcipit ab hominibꝫ. ⁊ nō min⁹ reddit de bono q̄z recipiat. ergo ⁊c. Maior patz ex dicti arestotel' ⁊ tullij ⁊ multorz aliorz philosophorz loquentiū d̄ iusticia ꝯmutatiua siue directiua. Minor etiā patz. q̄z de⁹ acceptat ⁊ per ꝯsequēs aliquo modo recipit ea que ad honorē ipi⁹ facimus. ⁊ que p ipo patimur. ⁊ p labore dat req̄em. p afflictione delectationē. p tristicia gaudiū. ⁊ vniuersaliter p merito pmium. ⁊ p demerito penā ⁊ suppliciū. ¶ Sed cōtra istaz cōclusionē est quedā opinio. que ponit q̄ iusticia cōmutatiua nullo modo cōuenit ipi deo quāuis sibi vere ⁊ pprie cōueniat iusticia distributiua. Quia iusticia cōmutatiua ꝯsistit in emptōibꝫ ⁊ venditōibꝫ. Sz emptio et venditio nō possunt attendi inter deū ⁊ creaturā. ¶ P. iusticia cōmutatiua obligat iustū ad reddendū debitū. Sed de⁹ nō teneť aliq̄d ex debito alicui creature. ergo ⁊c. ¶ P. iusticia cōmutatiua nō potest esse inter dominū ⁊ seruum. vt patet. v. ethicorz. Sz de⁹ est ver⁹ domin⁹ omnis creature. ¶ P. iusticia cōmutatiua semp in quadā equalitate cōsistit. Sz inter deū ⁊ creaturā nulla potest esse equalitas. Maior patz. q̄z sicut iā dictū est ista iusticia dirigit ad seruandā equalitatē. Minor etiā patz. Q̄z inter finitū ⁊ infinitū nō potest esse equalitas. Sz de⁹ est infinit⁹. ⁊ omnis creatura finita. ¶ P. si iusticia cōmutatiua cōueniret deo in pmiando vl'puniendo hominē. tūc de⁹ de necessitate pmiaret vl'puniret hominē. Cōsequēs est falsuz. q̄z omne q̄d de⁹ opať ad extra. hoc libere operať. vt declaratū lib. ij. dist. i. Probatio cōsequētie. q̄z quicūq̄z nō facit illd̄ ad q̄d teneť ex iusticia cōmutatiua ille est iniust⁹. Sz impossibile est deū esse iniustū. q̄ si de⁹ ex iusticia cōmutatiua teneret pmiare aliquē hominē. tūc impossibile esset deū nō pmiare talē hominē. ⁊ per cōsequens necesse esset deū pmiare hmōi hominē. q̄z impossibile nō esse. ⁊ necesse esse. equipollēt in quarto ordine modaliū. vt appet. ij. peri hermenias ¶ Sz salua reuerētia istorū doctorū. ista nō cōdudunt. Quia iusticia distributiua pſupponit iusticiā cōmutatiuā. Sed isti doctores dicunt deo pprie cōuenire iusticiā distributiuā ergo necessario habent cōcedere q̄ deo aliquo modo cōueniat iusticia cōmutatiua. Maiorem pbo. q̄z etiā sm istos p iusticiā cōmutatiuā iust⁹ disponiť ⁊ ordinať seu inclinať vt eq̄litatē seruet in reddēdo illi a quo recepit. Sz sine hmōi dispositōne null⁹ potest esse iust⁹ distributor. Sicut em̄ ad hoc q̄ iuste distribuat. necesse est eū habere prudentiā qua cognoscat. quid cui d̄beat tribuere. sic ad hoc q̄ sit iust⁹ distributor necesse est q̄ intrinsece taliter sit affect⁹ ⁊ inclinat⁹ seu disposit⁹. vt q̄ntum ab isto recepit seruitiū. tantū vel saltē nō min⁹ sibi largiať pmiū. ¶ Ad primū igiť dicendū q̄ minor nō est vera. quia regnū celorum de⁹ q̄dāmodo vēdit. ⁊ homo temporali elemosina q̄dammodo emit illud. sicut patet Mat. xix. vbi ait ꝯs ad q̄ndā iuuenē Vade ⁊ vēde oia q̄ habes ⁊ da pauperibꝫ. ⁊ habebis

Ad. 3.

Ad. 4.

Tercia cōclusio.

Opio contraria.

1

2

3

4

5

Cōtra opinionem.

Solutio. Ad. 1.

thesaurꝰ ī celis. Et eodē.c. de hac venditōe in
quirēs beat⁹ petr⁹ monet q̄stionē dño ihu xpo
dicēs. Ecce nos reliquim⁹ omnia ⁊ secuti su/
mus te. quid ḡ erit nobis? Cui inq̄sitōi respō
dens christ⁹ ait. Omis q̄ reliq̄rit domū vl' fra
tres vl' sorores aut patrē aut matrē aut vxorē
aut filios aut agros ꝓpter nomē meū centu/
plū accipiet. ⁊ vitā eternā possidebit. Et sup
eodē verbo ait gregor⁹ in omelia. Regnū ce/
lorꝰ tantū valet q̄tū habes. Vñ ad hmōi em
ptionē hortat xps quēlibet nostꝰ apocal'. iij.
dicēs. Suadeo tibi emere a me aurū ignitū.
Ubi p istud aurꝰ intelligit regnū celorꝰ. Q,
em opib⁹ mis icordie qdāmodo emat regnuꝫ
celorꝰ a dño ihu xpo. patꝫ etiā Mat. xxv. vbi
ad eos q̄ hmōi opa exercuerūt ait xps. Veni/
te benedicti patris mei: pcipite regnū. Et sub
dit causā dicens. Esuriui em ⁊ dedistis mihi
mādūcare. sitiui ⁊ dedistis mihi bibere. hospes
erā ⁊c. ¶ Ad secundū dicēdū q̄ licet absolu/ Ad.2.
te loquēdo minor sit vera. tm̄ ex suppositōe p/
missionis facte ab ipo deo ipe pt effici debitor
creature. Q, aūt pmisit vitā eternā homib⁹
virtuosis sua ꝓpter xpm relinquētib⁹. patet
ex rmissione data beato petro in pcedēte solutōe
Vñ istud debitū attendēs apl's. ij. Thi. iiij.
ait. De reliq̄ reposita est mihi corona iusticie
quā reddet mihi in illū die iust⁹ iudex. nō so
lū autē mihi. sz ⁊ his q̄ diligūt aduentū eius.
¶ Ad terciū dicēdū. q̄ licet maior sit vera cō Ad.3.
siderato dño vt dñs est serui. tm̄ nō est ꝓa vt
amic⁹ est. Sz de⁹ sic est dñs electorꝰ. q̄ etiaꝫ ē
dilectissim⁹ amic⁹ eorꝰ. ¶ Etiā sicut rōne pro
missi dñs pt effici debitor serui. sic interueniē/
te pmisso inter dñm ⁊ seruū pt esse iusticia cō
mutatiua. ¶ Ad quartū dicendū ad mino/ Ad.4.
rē q̄ licet inter deū ⁊ creaturā nō sit eq̄litas. tm̄
inter illd qd creatura impēdit ipi deo. ⁊ qd de
us reddit creature est talis eq̄litas q̄ sufficit
ad obseruantiā iuste cōmutatōis ¶ Forte di Instantia
ces q̄ nec in his videt esse eq̄litas. qz de⁹ mul
to pl⁹ reddit q̄z sit illud qd creatura sibi impē
dit. qz sicut ait apl's. Nō sunt cōdigne passio
nes hui⁹ seculi ad futurā gloriā q̄ reuelabit in
nobis. ¶ Respōdeo q̄ plus seu mai⁹ est tan Solutio
tūdē ⁊ ampli⁹. ideo q̄ reddit pl⁹ de bono q̄z re/
cipit licet det vltra q̄z teneat. tamē qz cū ꝗ dat
tantūdem. ideo ī sua redditōe nō peccat ꝓtra
cōmutatiue iusticie eq̄litatē. ¶ Forte adhuc Instantia
dices. Si ille qui reddit plus de bono q̄z rece
pit. seruat iusticie equalitatē. eo q̄ ī illo qd red
dit includit tantūdē quantū recepit. tūc eadē
ratōne reddēs pl⁹ de pena q̄z req̄rat offensa ser
uaret equalitatē in cōmutatiua iusticia req̄si
tam. Cōsequētia patet. qz etiā in isto q̄ talis
punies reddit includit tantūdē de pena q̄tuꝫ
reddere debuit. ¶ Respōdeo negādo cōseqn Solutio
tiā. Ad pbationē dicendū q̄ licet in malis si/
cut in bonis illud qd est mai⁹ includat quāti
tatē eq̄lis. tamē excessus in redditōe mali pe
ne implicat viciū seueritatis. qd repugnat vir
tuti iusticie. ideo in pena excedēte nō pt inclu
di equalitas pene debite tali modo quo requi
rit ad iusticiā obseruandā. Sz excessus ī red
ditione boni implicat virtutē liberalitatis. que
nullā habet repugnantiā ad iusticiā. igit ī ta/
li bono excedēte potest includi equalis quāti
tas boni debiti eo modo quo sufficit ad seruā
dam cōmutatiuā iusticiā ac etiā distributi/
uā. ¶ Ad quintū dicendū q̄ istud argumen Ad.5.
tū nō est magis cōtra me q̄z cōtra istos docto
res qui tenent oppositā cōclusionē. Nā sicut
dictū est supra. isti doctores ponūt iusticiā di
stributiuā ꝓprie deo cōuenire. Istud aūt ar
gumentū nō min⁹ cōcludit arguēdo de iusti
cia distributiua. q̄z de iusticia cōmutatiua.
¶ Respōdendo igit ad argumentū. nego cō
sequentiā loquēdo de necessitate absoluta. q̄z/
uis possit aliquo modo cōcedi loquēdo de ne
cessita ꝓdicionata. puta supposito q̄ de⁹ sic ac
ceptauerit actū alicui⁹ q̄ īmutabiliter dispo/
suit ⁊ ordinauit eū finaliter p tali actu salua/
re. vel sic reprobauerit q̄ ipīm ordinauit ad pe
nā. ¶ Quomodo etiā de⁹ possit aliq̄d facere
de necessitate iusticie. ⁊ quō nō. aliq̄liter dela
raui lib. i. dist. xliij. arti. iij. ¶ Et p hoc etiā
patet ad pbationē ipi ꝓsequētie.

Quantū ad secūdū articulū dico breuiter q̄ misericordia ꝓprie cōuenit ipi deo. Quia quicq̄d est laudabile ī ipso rege siue principe. hoc deo debem⁹ tribue re. sz misericordia est hmōi. ergo ⁊c. Maior patet. qz ipse est rex regū ⁊ domin⁹ dominan tiū. vt dicit. i. ad Thi. vi. Minor etiā patet puerb. xx. vbi dicit. Misericordia ⁊ veritas custodiūt regē. ⁊ roborat clemētia thron⁹ ei⁹. Patꝫ etiā per cassio. lib. ij. epla. ix. vbi ait. Be nigni quippe principis est ad clemētie cōmo dū trāsire terminos equitatis. qz sola est mi/ sericordia cui omēs virtutes honorabiliter cedere nō verent. ¶ P. dei iusticia est pfecta. ergo nō est sine misericordia. Antecedēs pa/ tet. qz in deo nihil est imperfectū. Cōsequētia pbat autoritate gregorij q̄ ait. Iusticia sine

Articulus secund⁹.

1

2

3 misericordia multũ destituit. ¶ P. ista cõclusio patet quasi in infinitis locis sacre scripture. in quibꝫ semp misericordia attribuit ipi deo ¶ Et cõfirmat. qꝛ nõ ꝓtingit aliquã rẽ esse sine suo ꝓprio. Sꝫ misereri est ꝓprũ ipi⁹ dei. iuxta qd̃ ozat sancta mater eccl̃ia dicẽs. Deus cui ꝓprũ ẽ misereri semp ⁊ parcere. suscipe ⁊c.

Instantia 1 ¶ Sꝫ ꝓtra hanc ꝓclusionẽ ꝑt arguꝫ sic. Ille nõ habet in se misericordiã. qui nec ꝑuenit nec repellit alienã miseriã. cui⁹ repulsio plene est i sua ptãte. Sꝫ omniũ creaturaꝝ miserie sunt plene in dei ptãte. ⁊ tamẽ de⁹ nõ ꝑuenit eas qñ sunt future. nec repellit eas qñ sunt ꝑsentes. ḡ ⁊c. Maiꝛ patet. qꝛ miscẽdia est habit⁹ inclinans suũ subiectũ ad ꝑueniendũ alteri⁹ miseriã si est futura. ⁊ ad ꝑsentẽ repellendã. Minꝛ etiã patet. qꝛ de⁹ nõ solũ nõ repellit miseriãs. ve⁊ etiã qñq; innocẽtibꝫ hominibꝫ infert miserias. sicut apparuit in afflictõe ipi⁹ Job

2 ⁊ etiã thobie. ergo ⁊c. ¶ P. in deo nõ est cõpassio. ḡ in deo ñ est misericordia. Antecedẽs patet. qꝛ cõpassio ꝑsupponit passionẽ. sꝫ i deo nulla ꝑt esse passio. cũ sit act⁹ pur⁹. Cõsequentia ꝓbat ꝑ augustinũ q̃ ait Quid est miscẽdia nisi alienę miserie cõpassio. ex qua si possum⁹ cõpellimur ꝑsubuenire. Et q̃ si idẽ ponit Dam. lib. ij. c. xiij. ¶ Ad primũ nego maiorẽ. Ad ꝓ

Solutio. Ad. 1. bationẽ dicendũ q̃ misericordia nõ inclinat ad tollendũ omnẽ miseriaꝫ cuiuslibet miseri. Cũ em̃ sit virt⁹ moralis. igit̃ inclinat ꝓm dictamẽ recte ratõis. Sꝫ recta ratõ dictat q̃ aliqui ꝓpter sua demerita nõ debeant totaliter a miseria liberari. igit̃ q̃ꝫuis tales de⁹ posset liberare. ⁊ nõ liberet. ex ꝗ tñ nõ habet q̃ de⁹ nõ sit misericors. qꝛ dato q̃ in illis nõ reluceat misericordia dei liberati ue. tamẽ relucet in eis mitigatiue. inq̃ꝫtũ tales puniunt̃ citra cõdignũ ¶ Et ex ꝗ patet q̃ etiã minꝛ deficit. qꝛ cuiuslibet creature miseriã q̃ tanq̃ꝫ pena peccati essꝫ infligenda de⁹ ꝑuenit. ⁊ si nõ in toto. tñ in aliqua sui ꝑte. qꝛ ⁊ si de⁹ nõ ostẽdat cuilibet misero misericordiã liberantẽ. tamẽ cuilibꝫ aliquo modo ostẽdit misericordiã mitigantẽ ¶ Ad ꝓbationẽ cũ dicit de iob ⁊ thobia. dicendũ q̃ hmõi miseria nõ infligebat̃ eis ꝑ modũ pene ꝓ peccatis patiende. sꝫ tanq̃ꝫ materia virtutis exercẽde. ⁊ ꝑ ꝓsequẽs celestis glorie ac beatitudinis augmẽtande. Propter qd̃ nec hic deficiunt dei misericordia. de qua ps. ait. Misericordia edificabit̃ i celis. ꝓparabit̃ veritas tua

Ad. 2. in eis. ¶ Ad secundũ nego cõsequentiã. Ad ꝓbationẽ dicendũ q̃ misericordia dupliciter potest cõsiderari. Uno modo ꝓm se ⁊ q̃ꝫtũ ad suã essentiã. Alio modo q̃ꝫtũ ad accidẽs misericordiã ꝓsequẽs ꝓpter sui subiecti impfectionẽ. Primo modo misericordia est virt⁹ inclinans misericordẽ ad nolle alteri inesse miseriã ꝑsupposito tñ circa ꝗ dictamie recte ratõis. sicut pdictũ est. Et isto modo misericordia cõuenit deo ⁊ omnibꝫ beatis tã angelis q̃ꝫ hoibꝫ. Secũdo modo misericordia sup istud nolle addit animi cõmotionẽ ⁊ aliq̃ modo afflictiuã displicẽtiã. q̃ est quedã cõpassio hmõi alienę miserie. Et isto modo misericordia nõ inuenit̃ in deo nec in aliq̃ beato. q̃ꝫuis possit inesse homini viatori. ⁊ existẽtibꝫ in purgatorio. qꝛ tale accidẽs nõ sequit̃ misericordiã vniuersaliter. sꝫ solũ in subiecto impfecto ⁊ aliq̃ modo misero. Et isto secũdo modo loquunt̃ augustin⁹ ⁊ damas. hic de misericordia. Nõ em̃ loquunt̃ vniuersaliter. sꝫ solũ ꝑticulariter vt scilicet habet esse i hꝭ q̃ carẽt ꝑfecta btitudie.

Quãtuꝫ ad terciuꝫ articulũ possunt poni tres cõclusiões. ¶ Prima est. q̃ iusticia ⁊ miscẽdia vt sunt in deo non differũt realiter. ¶ Secũda q̃ nõ differũt ex natura rei formaliter ¶ Tercia q̃ differũt ꝓm rationẽ seu ꝓceptibiliter. ¶ Prima cõclusio patet ex hꝭ q̃ dixi circa simplicitatẽ diuĩe essentie lib. i. dist. viij. q. i. ¶ Conclusio secũda patet ex hꝭ q̃ dixi eodẽ lib. dist. vi. q. i. arti. ij. ⁊ iij. Patet etiã eodẽ lib. dist. xxxvi. arti. ꝑmo ¶ Cõclusio tercia patet eodẽ li. dist. vi. arti. iij. Et ideo de istis cõclusionibꝫ causa breuitatis ad ꝑsens nihil aliud dicã.

Articulus tercius.

Quãtũ ad quartuꝫ articulũ pono duas ꝓclusiones ¶ Prima est q̃ iusticia ⁊ miscẽdia simul ꝓcurrũt in omni opere. loquẽdo de opere retributõis. Unũ talia opa sub nomĩe viaꝝ exprimẽs ꝓpha ait. Universe vie dñi miscẽdia ⁊ veritas. Qd̃ verbũ tractãs cassiodor⁹. dicit has duas virtutes. s. misericordiã ⁊ iusticiã in omni opere dñi simul ꝓuenire

Articulus quart⁹. Conclusio prima 1

¶ P. q̃ iusticia seruet̃ in omni opere diuĩe retributõis ptꝫ ꝑ aug̃. sup illo ꝗ̃ ps. Propę esto dñe ⁊ omnes vie tue veritas. Q, aũt in eisdem opibꝫ oibꝫ reluceat miscẽdia patet. qꝛ si in aliq̃bus opibꝫ diuĩe retributõis deesset misericordia. ꝗ̃ maxime videret̃ in iudicio reprobꝛũ. Sꝫ ꝗ̃ nõ. qꝛ nobilissim⁹ mod⁹ iudicãdi debꝫ deo attribui. talis aũt modus nõ ꝑt esse absq; misericordia. qꝛ misericordia superexaltat iudiciũ. vt dicit̃ Jacobi. ij. c. ¶ P. ista est intẽtio 3

2

beati augusti ni i li. de concordia euãgeliorũ. vbi
ait. Deꝰ q̃ res hũanas curat. iuste ⁊ mifico/
diter curat. vt nec miscdia pcludat iusticiaꝫ.
Instantia 1 nec iusticia excludat misericordiaꝫ. ¶ Forte
dicet q̃ nec iusticia nec miscdia. sꝫ potiꝰ iniu/
sticia ibi videt appere vbi ꝑ tpali culpa infli
git eterna pena. Sꝫ cuilibet i inferno dãnato
ꝑ culpa tpali ⁊ trãsitoria infligit pena eterna.
2 g̃ ⁊c. ¶ P. mificordia ⁊ iusticia respectu eiusdẽ effectꝰ implicãt contradictoria. g̃ nõ possunt
simlꝫ currere respectu eiusdẽ effectꝰ. Cõsequẽ
tia patet. Probat ãcedẽs. qꝛ iusticia retribu
it fm merita. sꝫ miscdia tribuit ꝑter merita. et
ꝑ consequẽs nõ fm merita. q̃ vident esse contradi/
3 ctoria. ¶ P. in iustificatõe impij nulla videt
esse iusticia. sꝫ pura miscdia. qꝛ sicut ait apl's.
nõ ex opibꝫ iusticie q̃ fecimꝰ nos. sꝫ fm suam
miscdiam saluos nos fecit. Et idẽ aplus ait.
Si gr̃a ex opibꝫ. iam gr̃a nõ esset gr̃a. In ob
duratõe ꝯo impij nlla videt esse mificordia.
Sꝫ iustificatio ⁊ obduratio reducũt ad opa
4 retributõis. g̃ ⁊c. ¶ P. vbi tãta infligit pena
q̃ta pcessit culpa. ibi nlla videt esse miscdia.
Sꝫ in opibꝫ retributõis fm mensurã culpe
infligit pena. iuxta illud Deutero. xxv. fm mẽ
surã peccati erit plagaꝫ modꝰ. Et apoc. xviij.
dicit. Quantũ se glificauit ⁊ delicijs fuit: tm̃
5 date ei tormentũ ⁊ luctuꝫ. ¶ P. pena q̃ nõ est
correctoria. illa nõ est bona. nec ꝑ consequẽs iu
sta. Sꝫ pena damnatoꝝ non est correctoria.
Maior ꝑbat autoritate augustini q̃ ait. Si
ue plectẽdo siue ignoscendo hoc solũ bñ agit
vt vita hoim corrigat. Minor etiã patet. qꝛ
nullꝰ dãnatoꝝ ex pena sibi illata corrigit nec
6 emendat. ¶ P. ibi nõ appet iusticia vbi pro
ineqli culpa infligit eqlis pena. Sꝫ sic fit in
inferno. g̃ ⁊c. Maior patet. qꝛ culpa ⁊ pena d̃
bent esse cõmensurata. vt ptꝫ ex autoritatibꝫ
ꝑallegatis ex apoc. ⁊ Deutero. Minor ꝑbat.
Qꝛ infinitũ nõ est maiꝰ infinito. Sꝫ cuiusli
bet i inferno dãnati pena est infinita. qꝛ est ꝑ/
petue duratura. Q, autẽ culpe dãnatoꝝ sint
ineqles patet. qꝛ sicut in h̃ mũdo ineqles fue
7 runt. sic in inferno ineqles erũt. ¶ P. vbi ma
ius dat supplicij q̃ fuerit peccatũ. ibi nec mi
sericors nec iustũ videt esse iudiciũ. sꝫ maius
supplicij dat ipis dãnatis q̃ fuerit eoꝝ pecca
tũ. qꝛ sup illo ꝯo ps. ex vsur⁄ ⁊ iniq̃tate redi/
met aias eoꝝ ⁊ honorabile nomẽ eoꝝ coꝝ il/
lo. dicit glosa. Peccata dicunt vsure. qꝛ plus
mali inuenit in supplicijs q̃ cõmissum est in
8 culpis ⁊c. ¶ P. Jaco. ij. dicit. Judiciuꝫ sine
misericordia fiet ei qui nõ fecit misericordiã.
Sꝫ dãnati nõ fecerũt misericordiã. Hoc em̃
improperabit eis dñs in extremo iudicio. vt
patet Mat. xxv. ergo i illo iudicio q̃ ipi iudi/
cabunt a deo nõ erit aliq̃ misericordia. q̃uis
hmõi iudiciũ sit opꝰ retributõis. ¶ Ad pri/ Solutio Ad. 1.
mũ ꝑ dici q̃ minor nõ est vera. qꝛ q̃ttas cul
pe cõmũiter pensat fm dignitatẽ plene ꝑ cul/
pã offense. Cũ igit quilibet damnatoꝝ ꝑ cul/
pã sua offenderit ꝑsonã infinitã. sicꝫ dcũ cu
ius contempsit mandatũ. ideo talis culpa aliq̃
modo est infinita. ¶ Etiã rõne sbiecti qdã
modo est infinita saltẽ ꝑ accidẽs. eo q̃ sbiectũ
in q̃ est sit obstinatũ ⁊ incorrigibile. ꝑpter qd̃
hmõi culpa est ꝑpetua. ⁊ ꝑ consequẽs sibi debet
pena ꝑpetua. Est igit in ista punitõe iusticia
⁊ misericordia. Justicia quidez in h̃ q̃ culpa
dãnati punit pena infinita extẽsiue ⁊ ꝑpetua
duratõne. eo q̃ subiectũ istiꝰ culpe sit ꝑpetue
incorrigibile. Est etiã ibi magna misericordia
eo q̃ nõ punit pena infinita intẽsiue. q̃uis il/
lam meruerit. eo q̃ cõtra ꝑsonã infinite digni
tatis peccauerit. Qꝛ etiã fm humanas leges
q̃ cõtra dignioꝛẽ ꝑsonaꝫ peccauit salua iusti/
cia puniri potest in tensioꝛ ⁊ acerbioꝛi pena.
Propter h̃ em̃ ait Aristo. v. ethi. Si princi/
patũ habẽs ꝑcussit nõ optet repcuti. ⁊ si prin
cipẽ ꝑcussit. nõ solũ ꝑcuti sꝫ puniri. igit infi/
nite acerbitatis pena posset puniri salua iusti
cia ille q̃ in mortali offensa dei ab hac vita de/
cedit. igit valde misericorditer secũ agit q̃n fi
nite acerbitatis pena punit. ¶ Ad secundũ Ad. 2.
nego antecedẽs. Ad ꝑbationẽ dicẽdũ q̃ licet
iusticia tribuat fm merita. ⁊ misericordia si/
ne meritis. tamẽ in eodẽ ope dei vindicatiuo
appet iusticia in q̃ztũ punit. ⁊ appet miscdia
in q̃ztũ nõ tm̃ punit q̃ztũ punitꝰ ꝑmeruit. Et
i eodẽ ope ꝑmiatiuo apparet iusticia in q̃ztuꝫ
deꝰ tantũ de bono tribuit q̃ztũ homo meruit. ⁊
apparet miscdia in q̃ztũ abũdantꝰ tribuit q̃ztũ
meruit. ¶ Ad terciũ nego maiorẽ. qꝛ quãuis Ad. 3.
in iustificatõne impij nõ apparet iusticia q̃n
tũ est ex iustificari opatõne. est tm̃ ibi iusticia
quantũ est ex iustificãtis ꝑmissione. qꝛ q̃uis
opatio impij sit inualida ad ꝑmerendũ iusti
ficationeꝫ. vt bene ꝑbant autoritates aplꝰ ad
ꝑbationẽ adducte. tamẽ qꝛ deꝰ ꝑmisit iustifi
cationẽ impij ꝑ omm̃ tpe quo impiꝰ fecerit qd̃
in se est. vt apparet Ezech. xviij. ideo quãuis
in iustificatõne impij nõ sit iusticia ex iustifi
cati cõmisso. tamẽ ibi seruat iusticia ex iustifi
cantis ꝑmisso. Illud autẽ qd̃ addit de obdu/
ratione nõ est ad ꝑpositum. q̃ obduratio ñ est
dei opatio. sꝫ est ab opatione cessatio. Nã fm

augustinũ. sic de⁹ obdurat impiũ q̃ nihil malicie sibi influit. sz influentiã gratie sue lubtrahit. ⁊ impet⁹ mouẽtes ad pñiam in hmõi peccatore nõ facit. ¶ Ad quartũ dicẽdũ q̃ mior nõ accipit debite sub maiori. ista em̃ deberet esse minor. sz in opib⁹ retributõis tanta infligitur pena q̃ta p̃cessit culpa. ⁊ ista minor est falsa. inq̃tũ tantitas dicit eq̃litatẽ q̃ntitatis. licet sit vera inq̃tũ tantitas dicit equalitatẽ ꝓportionis. Et iub isto sensu maior est falsa. qz misericordia p̃t vere ꝛcurrere seruata ꝓportionis equalitate. Potest em̃ q̃s misericorditer vindicare min⁹. s. affligẽdo q̃ re⁹ meruit. seruata tñ debita ꝓportione. puta q̃ p maiori peccato infligat maiorẽ ⁊ acerbiorẽ penã. ⁊ p minori minorẽ ⁊ min⁹ acerbã. Et ad hũc sensũ vadunt autoritates quib⁹ ꝓbat minor inquantũ trahunt ad ꝓpositũ. qz de⁹ in puniẽdo nõ seruat mensurã ⁊ tantitatẽ fm equalitatẽ q̃ntitatis. puta q̃ tantũ det de pena vel d̃ acerbitate pene quantũ ipe re⁹ meruit. Sz seruat mensurã et tantitatẽ fm equalitatẽ ꝓportionis. qz maiorẽ peccatorẽ magis acerbe punit. ⁊ minorẽ minus. ¶ Ad quintũ dicendũ. q̃ penã esse correctoriã p̃t dupliciter intelligi. Uno modo q̃ p hmõi penã corrigat ipe punit⁹ Alio modo q̃ ad exemplũ illi⁹ punitõnis alij corrigant. Primo modo maior est falsa. qz q̃nq̃ iusto iudicio puniunt aliq̃ obstinati i sua malicia. Secũdo modo minor est falsa. q̃uis maior sit vera. qz ex h̃ q̃ p̃dicat talis pena peccatoribus iminere. mlti hic in via corrigunt. ⁊ a peccatoꝝ suoꝝ excessib⁹ retrahunt. Et isto secundo modo debet intelligi autoritas augustini. ¶ Ad sextũ dicendũ q̃ eq̃litas pene p̃t dupliciter accipi. Uno modo q̃ztũ ad durationez. Alio modo q̃ztuz ad acerbitatẽ ⁊ afflictionẽ. Primo modo maior ẽ falsa. qz salua iusticia vn⁹ p minori culpa p̃t octo dieb⁹ in carcerari sine alijs penis adiũctis. ⁊ alter p maiori culpa sil'r octo dieb⁹ in peiori carcere poni. ⁊ omi die semel fustigari. quoꝝ pena q̃ztũ ad durationẽ esset equalis. sz quantũ ad afflictionẽ esset ineq̃lis. Sz secũdo modo minor est falsa. qz q̃uis pena damnatoꝝ sit equalis durationis. tñ nõ est equalis afflictõis. Ut sic em̃ q̃ libet punit⁹ mag⁹ vel min⁹ altero. fm q̃ ei⁹ peccatũ mai⁹ est vl min⁹ q̃ peccatũ alteri⁹. Et p h̃ patet ad ꝓbationẽ minoris. qz ꝓcedit de eq̃litate duratõis. ¶ Ad septimũ nego minorẽ Ad ꝓbationẽ dicendũ q̃ cõmissũ i culpa dupliciter p̃t intelligi. Uno modo quãtũ ad delectationẽ quã peccator cõsequit ex actu culpabili. Alio modo q̃ztũ ad deformitatẽ peccati ⁊ offensaz ipi⁹ dei. Primo modo sunt intelligenda verba illi⁹ glose ⁊ non secũdo modo. Nã licet iudicio diuino infligat maior acerbitas pene q̃ fuerit delectatio culpe. tñ nõ infligit maior acerbitas pene q̃ fuerit deformitas culpe ⁊ offensa maiestatis diuie. q̃ offensa vt dictũ est sup q̃dãmodo fuit ifinita. ¶ Ad octauũ dicendũ q̃ illud verbuz beati iacobi ẽ intelligendũ d̃ mia liberatiua. ⁊ nõ de mia mitigatiua. tales em̃ impij patient iudiciũ absq̃ misedia totaliter liberãte. sz nõ absq̃ misericordia aliq̃liter mitigãte. ¶ Cõclusio secũda est q̃ iusticia ⁊ misedia ꝓpue dicta nõ cõcurrũt vniuersaliter ⁊ absolute in omi ope dei Qz nõ ꝛcurrũt in ope creatõis. q̃ nõ in omi ope. Cõsequẽtia patet de se. Antecedẽs ꝓb⁹. qz iusticia aliq̃ modo ꝓsupponit merita. misericordia etiã ꝓsupponit eũ cui misereꝯ. Sed act⁹ vl op⁹ creatõis nihil ꝓsupponit. vt declaraui lib. q. dist. i. q. i. ¶ Ad argumẽtũ principale nego cõsequentiã. Ad ꝓbationẽ dicẽdũ ad maiorẽ. q̃ licet potẽtia q̃ ex se est determinata nõ indigeat virtute a se realiter differente. tñ ipa est virt⁹ ita q̃ virt⁹ sua ẽ idẽ qd̃ essentia sua. Unũ in deo ꝓpter suã omimodã simplicitatẽ potẽtia est idẽ realiter cũ essentia. ⁊ virt⁹ idẽ qd̃ potẽtia. ⁊ p ꝛsequẽs virt⁹ potẽtia ⁊ essẽtia sunt vna res simplicissima ⁊ nullo modo cõposita.

Ad.4. Ad.5. Ad.6. Ad.7. Ad.8. Secunda ꝛclusio Ad princi pale argu.

¶ Distinctio quadragesima septima.

actus volūtatis vt p̄habitū est. Sed ex hꝭ nō habet q̄n sit dare aliū actum vere beatificū q̄ uis ex ꝯnti. ¶ Forte dicet. actus intellectꝰ est prior actu volūtatis. igit si in eo ē vera beatitudo: tūc ꝓ̄us est btūs q̄ actus volūtatis. ⁊ p ꝯns nō erit btūs ex ꝯnti. cuiꝰ oppositū hucusq̄ sepius p te ē dictū. Si aūt nihil de vera beatitudine i actu intellectus fuerit. tūc vera beatitudo ꝯsistet solū i vno actu. qd ē ꝓpositū istius opinionis quā niteris ip̄robare. ¶ Rn̄deo q̄ q̄uis actus intellectꝰ fm se ordine generatōis sit p̄or actu volūtatis. tn̄ fm q̄ ē beatificꝰ ē posterior actu volūtatis. q̄ nō p̄ōt esse stabilis. nec delectabilis. nec p ꝯns beatificꝰ. nisi ꝯcurrēte intētōe ⁊ cōplacētia volūtatis. q̄a actus intellectꝰ stabilitatem hz ab intētōe. ⁊ delectabilitatē a cōplacētia. q̄ ambe ad voluntatē p̄tinere mīme dubitant.

Instantia

Solutio.

Articulus tertius.

Quantuz ad terciū

Cōclusio prima

articulū pono duas ꝯclusiōes. ¶ Prima est q̄ omis hō actualiter recte ꝯsiderās quid importat nomine beatitudinis naturaliter appetit beatitudinē. Quia oīs hō q̄ actualiter considerat tale bonū. quo habito habet sufficientia oīs boni. ille naturaliter desiderat hmōi bonū. Sed quicūq̄z actualr recte ꝯsiderat illud qd importat noie btitudinis ille actualr apphēdit tale bonū quo habito habet sufficientia oīs boni. ḡ tc. Maior ptz. q̄ q̄libet naturaliter desiderat illud i quo eiꝰ summa ꝯsistit pfectō iocūditas. ꝯmoditas ⁊ delectatio. Sed i tali bono q̄ habito habet sufficiētia oīs boni consistit hois sūma pfectio. iocūditas. ꝯmoditas ⁊ delectatio. q̄ si sūma pfectio hois vel iocunditas. cōmoditas seu delectatio nō existeret i illo bono. tūc cū illo bono nō haberet sufficiētia oīs boni. ¶ Pro ista ꝯclōe pn̄t trahi pl'es auctes ⁊ rōes ex his q̄ dixi li. 1. dis. 1. q. ij. arti. 1.

Secda cōclusio.

¶ Cōclo secda ē. q̄ q̄cūq̄z p̄dicto mō considerat seu apphēdit beatitudinē. ille necio appetit eā. Quia nullus p̄ōt nō appetere illud i q̄ ꝯsistit summa eius pfectio. iocūditas. cōmoditas ⁊ delectatio. Sed oīa ista veraciter cōsistūt in beatitudine. Maior p̄z p Ansel. in li. de cōcordia p̄destinatōis ⁊ gr̄e cū libero arbitrio. vbi ait. q̄ volūtas nō p̄t nō velle sūmuz ꝯmodū. Minor etiā p̄z. q̄ btitudo oē bonū hois includit vel eēntialr. vl saltē ꝯcomitant.

Instantia 1

¶ Sz ꝯ p̄mā ꝯclōz p̄t argui sic. Si btitudo caderet sb naturali desiderio. vt videt dicere p̄ma ꝯclo. tūc desiderādo btitudinē nullꝰ possz mereri. ꝯna p̄z. iij. eth. vbi dr. q̄ ex purs natuālibꝰ nec laudamur nec vituperamur. sed falsitas ꝯntis ē nota. q̄ volitio finis ē cā volūtōis eoz q̄ sunt ad finē. Cū igit mercamur ordinate desiderādo ea q̄ sunt ad finē. igit multo magis merebimur i desiderio finis q̄ ē ipsa beatitudo. vt p̄z. i. ⁊. x. eth. ¶ Cōtra secdaz cōclusionē p̄t argui ex eodē medio sic. Nullus merek i eo qd vitare nō p̄ōt. ḡ vel desiderio finis seu btitudis nō meremur. vl hmōi desiderīū possumꝰ vitare. ⁊ p ꝯns nō erit necīū. cuiꝰ oppositū ponit. ij. ꝯclo. ꝯna p̄z. Sz ans expsse ponit aug. i li. de libe. ar. ¶ P. q̄uiscūq̄z hō dānatꝰ actualr apphēdat btitudinē et ꝯsideret illud qd ip̄ortat noie btitudis. tn̄ nō desiderat btitudinē. ḡ nō oīs q̄ actualr ꝯsiderat illud qd ip̄ortat noie btitudis necio appetit beatitudinē. ꝯna p̄z. pbat ans. q̄ fm Aug. iij de tri. nullus appetit illud de q̄ penitꝰ despat. sz q̄libet dānatus penitꝰ despat se posse cōseq̄ beatitudinē. Apphendit em btitudinē. ⁊ cū hꝭ reputat eius cōsecutōez sibi fore ip̄possibilē. igit nō desiderat btitudinē. ¶ P. nullū desideriū naturale vel necīuz ē ad ip̄possibile. ḡ q̄uiscunq̄z dānatus actualr cōsideret de btitudine. tn̄ nec p̄t eā desiderare desiderio naturali. qd ē ꝯ p̄mā ꝯclōem. nec desiderat eā necio. qd ē ꝯ secūdā ꝯclōem. ꝯna p̄z. q̄ sicut q̄libet btūs certus ⁊ securꝰ ē de sue btitudis p̄petuitate. sic q̄libet dānatus certꝰ ē d sue dānatōis p̄petuitate. ⁊ p ꝯns impossibile reputat se posse conseq̄ btitudinē. Etiā ans cōiter ē cōcessū. ¶ P. arguit q̄dā doctor ꝯ secdaz cōclōz sic. Potētia libera nō necīt respectu cuiuscūq̄z obi. sz volūtas hūana ē potētia liba. ḡ nō appetit necio btitudinē. ¶ Dicit etiā idē doctor. q̄ nullus hō p̄t nolle btitudinē. q̄uis possit nō velle beatitudinē. q̄ rōe sue libtatis p̄t suspēdere actū suū a volitōe btitudis. ¶ Pla alia idē doctor hic tāgit circa istā materiā. q̄ ad pn̄s nō recito. q̄ tacta sūt p ea q̄ dixi li. 1. di. 1. q. ij. arti. 1. ⁊ iij. ¶ Ad p̄mū dd̄m. q̄ aliq̄d esse naturale p̄ōt dupl'r intelligi. Uno mō simpl'r ⁊ pure. sicut illud qd nec fm se nec fm suas cās ⁊ p̄ncipia ē in hois ptāte. Et sic aliq̄s dicit naturaliter ignorare vel naturalis fatuꝰ. q̄ destructā hz fantasiā a p̄ncipio natuitatis sue. Alio mō nō simpl'r. puta qn̄ aliq̄d p̄nūc ineuitabiliter adest homi. cuiꝰ tn̄ cās si voluisset ⁊ debite attēdisset potuit p̄uenire. Et sic ignorantia eueniēs ex ebrietate dicit naturalis. ¶ Circa naturalia p̄mo mō nec ē laus nec vitupīum. nec meritū nec demeritū. hec tn̄ bn̄ possunt ē

2

3

4

5

Rō scoti

Solutio. Ad. 1.

circa naturalia secdo mō dicta. Propt qd ait phs. iij. ethi. Nullus enim ipropat ceco natura. sz magis miserebit. cū aūt q ex vini potatiōe vel alia incōtinētia ois increpabit. Ad formā igit argumēti dōz. q desideriū bītudinis est naturale secdo mō. z ideo negāda ē ꝓnia. Actualis em ꝓsideratio de beatitudine ē cā aliq mō sui desiderij. z hmōi ꝓsideratio ē in ptate ipsi homis. posset em hō alia ꝓsiderare si vellet. z p ꝓns nō haberet actū elicitum circa h obiectū qd ē beatitudo. quis naturaliter desideret eā. etiā actu elicito. supposito q actualr ꝓsideret eā. Et ideo bonus hō q voluntarie sequestrat suā considerationē de alijs rebus. z tota devotōe cōsiderat qlis z quāta ē beatitudo quā nobis daturus ē deus. in desiderio beatitudinis multū pt mereri: quis supposita eius actuali ꝓsideratione nō possit ipsam nō desiderare. Etiā pt dici q ꝓntia nō ē vera loquēdo de tali desiderio naturali qd nō excludit oēm libtatē. sicut ē ī pposito. qz desideriū bītudis quis excludat libertatē ꝓdictionis. tamē nō excludit libertatē affectuose cōplacētie. q stat cū immutabilitatis necitate. Ad secdm ptz p ia dicta. qz desideriū beatitudinis possum vitare. qz possum de ipso nō cōsiderare. Ad tertiū nego ans. Ad pbatōz ddm q tripl'r pt qs appetere aliqd seu desiderare. Uno mō desiderio efficaci. puta qn sic desiderat q etiā cogitat media p q possit cōseq ipm desideratuz. Alio mō desiderio simplici. puta sine cogitatōe hmōi mediorz. Tercio mō desiderio ꝓditiōali. puta hō qnqz appetit si eēt possibile q libēter vellet volare. De pmo mō intelligēdū ē dictū. b. Aug. z nō secdo z tercio mō. qz istis duobus modis aliqs pt appetere etiā illud d q penitus despat. Ad qrtū nego ans. loquēdo de desiderio simplici z conditionali. Ad pbatōz ddz q quis illud ans ꝓcedat loqndo de desiderio efficaci. tn non ē concedēdū de desiderio simplici z cōditiōali. Quātus. n. via nature impossibile sit hoīem mortē effugere z sp viuere. tn hec hō naturaliter appetit. z qdāmodo necio desiderio hec affectat. iuxta qd ait apls. ij. ad Corz. v. c. Nā z q sumus ī tabnaculo isto ingemiscim grauati. eo q nolum expoliari. Ad. v. ddm ad maiorē. q licz potētia libera nō possit necitari necessitate coactionis. tn pt necitari necitate complacētie z immutabilis affectiōis. Oz vltimo addit de nolle z nō velle. videt seipm destruere. Qz nū quis aliqs actus necio remouet ab aliq potētia ita q sit īpossibile potētiā hmōi actū elicere nisi p tanto qz hmōi potētia ē ad oppositū actū necessario determinata. supposito q hmōi potētia sit apta ad recipiēdū talē actū oppositū. Sed fm istd dictū nolle bītudinē necio remouet a volūtate. z volūtas ē apta ad h q velit beatitudinē. q velle beatitudinē actualit cōsiderata necio ꝓuenit volūtati. Maior pz. qz cā qre vnū ꝓrioz necio remouet ab aliq subiecto. ē necia determinatio eiusdē sbi ad alterz ꝓrioz. supposito q subiectū nō hēat repugnantia ad vtrūqz. Pro tāto em frigiditas via nature necio remouet ab igne. qa caliditas via nature necio cōuenit igni. cū igit effectus naturalis n possit poni sine sua cā. q necia remotio vnius ꝓrioz nō ponet absqz necia determiatōe ad oppositū. Pria ps maior pz ex dictis istorū doctorz. Et secda ps ē nota de se. q zc.

Quantuz ad quartū articulū ē aduertēdū q formalē aiaz bītudinē augeri post corpoz resuptōz seu p mortuorz resurrectōz pt dupl'r intelligi. Uno mō extēsiue. Alio mō intēsiue. Articulus quartus

Etiā ī pposito vnū psupponit z aliud qrit. Presupponit. n. q aie sctōz a suis corpibus separate sint vere beate visione z fruitōe nuda ipsi diuine eētie pus qz sua resumāt corpa in mortuorz resurrectōe. Queritur autē vtz talis beatitudo augeat facta hmōi resurrectōe. Igit sic pcedā. Primo iuxta pdictā distinctōz pono duplicē cōclōz. Secdo circa iā dictā suppositiōz faciā aliqlē digressionē. Cōclo pma ē. q beatitudo aiaz p resuptionē suorz corporz augebit extēsiue. Qz qzto ad plura se extēdit gaudiū aie beate. tāto sua beatitudo magis augebit extēsiue. Sed facta resurrectōe anīa magnū gaudiū habebit qd añ nō habuit de sui corpis glificatione. q zc. P. ceteris paribus tūc maior est extēsiue beatitudo aie duplici stola decorate qz vna tm. Sz añ corpis resumptionē aīa beata dicit vna stola decorata. z post hmōi resumptionē dz duplici stola decorata. vt apparet ex dictis sanctorz. Uñ etiā de. s. Augustio cantatur. Qd sitiuit interuz gustat eternū. decoratus vna stola securusqz de reliq. Forte dicet q fm auctorē d causis. ois virtus vnita est pfectior z fortior seipsa dispersa. z p consequēs sibi competit pfectius opari. Sed virtus aie siue sit intellectiua siue volitiua magis videt esse vnita qn rēdit in solū deū qz qn tendit in deū z in suum corpus glorificatuz. ergo añ corpis resumptionē qlibet istaz virtutū erit

Cōclusio prima.

Instantia

pfectio: i sua opatione. ⁊ p ꝯns magis beata
2 ¶ P. corpus glorificatū nō est obiectū beati/
ficū. g̃ ppter extensionē actus intellectus vel
volūtatis ad ipm beatitudo aīe nō augebit ex/
Solutio. tensiue. ¶ Ad pmū dōm. q̃ in minor suppo
Ad. 1. nit vnū falsū. s. q̃ aīa resūptionē corpis aīa bea
ta suo intellectu et voluntate sic tendat i solū
deum q̃ nō tendat in corpus suū. ⁊ hoc ē fal/
sum. quia ꝓm Aug. sup Gen. ad litterā: tāto
desiderio tendit in corpus suū eius reunionē
appetēdo. q̃ quodammodo retardat ne ferat
tota intētione in ipsum summū celū. Ex quo
apparet q̃ aīa resumptionē corpis virtus aīe
magis est sparsa q̃z post hmōi resumptionē.
Ad. 2. ¶ Ad secdm dōm. q̃ licet corp⁹ glificatus nō
sit obiectū beatificū q̃tū ad beatitudinē cēnti
alē. ē tm obm btificū q̃tū ad beatitudinē acci/
Secda cō/ dentalē. ppter qd negāda ē ꝯntia. ¶ Conclo
clusio. secda ē. q̃ etiā intēsiue btitudo aīe ē maior resū
1 pto corpe. Qr quāto aīa est pfectior. tāto sibi
ꝯuenit pfecti⁹ opari. Sz aīa btā reunita suo
corpi ē pfectior q̃z ab eo separata. g̃ anīe reunite
beatitudo q̃ consistit in sua nobilissima opa/
tione erit pfectior. et p ꝯsequēs erit intensiue
maior. Maior pz. qr ceteris paribⁿ. tūc suba
virtus ⁊ opatio se ꝓportionaliter cōsequunt. ⁊
ideo pfectior ē modū subē seqtur pfectior mo
dus virtutis. ⁊ pfectior ē modū virtutis pfecti
or mod⁹ opatōis. Pz etiā minor. qr nisi p ac/
cidēs impediat. tūc p se loqndo q̃libet ps pfe
ctior ē exīs in suo toto q̃z separata ab eo. Sed
anīa ē ps cēntialis hūane nature integrate ex
2 aīa ⁊ corpe. g̃ ⁊c. ¶ P. istā minorē ꝓbo firmo sic.
Forma q̃ naturaliter est pfectio corpis. perfe
ctior est coniūcta corpi q̃z separata. hoc suppo/
sito q̃ nullū impedimentū sibi pstetur p acci/
dēs ppter corpis grossiciē. Sed aīa rōnal' na
turaliter est pfectio corpis. nec aliqd impedi
mētū p accīs sibi pstat qn ꝯiūgit corpi glifi/
cato. g̃ ⁊c. Maior pz. Minorē ꝓbo q̃tuz ad
pmā ptē. qr oīs forma subalis corpis ē natu
ral' pfectio corpis. sz aīa rōnal' ē forma sbalis
corpis. puta hoīs ⁊c q̃ cēntial' pdicat corpus
qd directe ponit i pdicamēto sbe. Ista pz ex
fide. ac etiā ꝓbata ē p ea q̃ dixi li. ij. di. xvij. ar
ti. iij. Probo etiā secdam ptē. qr corp⁹ pfecte et
oīno obediēs aīe nullū impedimētū pstat aīe.
Sed corp⁹ glificatū cui p⁹ resurrectiōz vnit aīa oīno ⁊ pfecte obediet ipsi anīe. vt pz p ea q̃
3 dixi. q. i. isti⁹. xlix. di. g̃ ⁊c. ¶ P. quāto agens
pfectius habet rationē suppositi tāto actio est
pfectior. Sed resūpto corpe hō btūs pfecti⁹
hz rōem suppositi q̃z aīa habuerit aīq̃z corp⁹
resūpsit. g̃ actō illa q̃ ē beatitudo pfectior erit
post resurrectionē q̃z anī. Maior pz. qr suppo
sitor ⁊ singulariū est agere. vt ptz. i. metaph.
Pz etiā minor. qr totū p se existēs magis hz
rationē ꝯpositi q̃z aliq̃ suaz ptiū cēntialium.
Sed hō est quoddā totū p se exīs cui⁹ ptes
cēntiales sūt aīa ⁊ corpus. g̃ ⁊c. ¶ Sz ō istā Opinio ō
ꝯcl'oem est opīo illoz qui ponūt q̃ q̃uis post ria.
resurrectionē beatitudo hoīm augeat extensi
ue. tm nō augeat intēsiue. Quia virtus imate/ 1
rialis nō habet actū min⁹ pfectū ex eo q̃ sepa/
ta ē a materia. nec magis pfectū ex eo q̃ ꝯiun
git materie. Sz intellect⁹ ē virt⁹ immaterial'.
vt patet. iij. de aīa. et sil'r volūtatis. g̃ beatitudo
que ē actus intellectus ⁊ volūtatis. nō erit in
tēsior seu pfectior anima beata exīte in corpe
materiali q̃z ipsa ab hmōi corpe separata. g̃ ⁊c.
¶ P. q̃nto potētia btificabilis ē liberior. tāto 2
ceteris paribⁿ act⁹ beatific⁹ videt ē pfectior. sz
quāto potētia ē magis a matia separata tāto ē li/
berior. g̃ ⁊c. ¶ P. quāto aīa ē deo similior. tan 3
to est beatior. sed aīa separata a corpe ē similior
deo q̃z ꝯiūcta. qr deus nullo mō pōt ē forma
corpis. cū sit purus actus. vt patet. xij. meth.
¶ P. actus qui non conuenit anime in ordi 4
ne ad corpus. ille non intēdit p coniūctionē
aīe cū corpe. Sed actus qui est beatitudo nō
ꝯuenit anime i ordine ad corpus. g̃ ⁊c. Ma
ior pz. Minor ꝓbat. quia ille actus nō cōue
nit anime in ordine ad corpus in quo corp⁹
nō cōicat aīe. Sed actu btitudinis corp⁹ nō
coicat aīe. qr realis cōicatio vel esset subiecti/
ue vel obiectiue. Nō subiectiue. qr beatitudo
ē actus intellect⁹ ⁊ volūtatis eo mō q̃ dictū est
supius. ⁊ p ꝯns nō pōt ē subiectiue i corpe. sz
solū i intellectu ⁊ volūtate. cū act⁹ taliū poten
tiaz sint act⁹ immanētes. vt patet. viij. meth.
Nec obiectiue. qr p nullū actū corpis vel sen
sus corpalis ammistrat obm btificuz ipsi aīe
intellectiue. ¶ P. actus qui est pure ⁊ simpl'r 5
supnatural'. nō intēdit p aliquoz naturalē cō
iūctionē. Sed beatitudo ē act⁹ simpl'r ⁊ pure
supnatural'. ⁊ ꝯiūctio aīe rōnal' cū hūano cor
pe ē simpl'r natural'. g̃ ⁊c. minor pz. ꝓbat ma/
ior. qr illud qd fit p cām naturalē h̄ ē aliq̃ mō
naturale. igit intēlio beatitudīs q̃ ē simpl'r sis
pnatural'. nō pōt ē p corpis ⁊ aīe naturalē con
iunctionē. ¶ P. quicqd nō influit ad causādū 6
beatitudinē. ab illo nō pōt intēdi ipsa beatitu/
do. Sed pdicta ꝯiūctio nō influit ad causā/
dū beatitudinē. qr tal' influētia ē ab obiecto be
atifico. g̃ ⁊c. ¶ P. si pdicta coniūctio eēt cā in 7
tensiozis beatitudinis. vl' esset causa pūcipa/

lis. vel cā dispositiua. Nō pncipal. qz tal cā
ē obiectū beatificū. Nec dispositiua. quia di-
spositiue intēsio z remissio que est in beatitu-
dine reducit in lumen glorie. Nam fm q̄ ali
qua aia ē lumine glorie magis vel minus di
8 spōsita fm hoc ē magis vel min⁹ beata. ¶ P
quia doctores tenētes ꝯclusionē pdictā ꝯmu
niter fundant suā intentionē sup aucte augſ.
hic posita in lra qua dicit. q̄ anima ppter ap
petitū vel inclinationē quā hz ad corpus re-
tardat ne ferat in sūmū celū. iō ꝗ istud fūda-
mentū arguūt isti de opposita opione sic. Si
aia separata brā hret remissionē beatitudinē p-
pter inclinationē quā hz ad corpus. tūc ania
xpi p triduū post passionē fuisset min⁹ beata
qz fuerat añ passionē. Consequtia pz. qz ania
xpi post sepationē a suo corpe nō habuit mi-
norē inclinatiōz ad suū corp⁹ qz quecūqz alia
aia habeat ad corpus suū. Hz falsitas ꝯnti-
ē nota. qz nimis esset absurdum dicere. q̄ aia
xpi p illā sanctissimā passionē reportasset sue
9 beatitudinis detrimentū. ¶ P. defectus in in
feriori portione aie non redūdat in supiorem
portionē seu partē. ergo ex hoc q̄ania actuali
ter nō informat corpus. et inclinat ad ipsum
informandū. nō remittit anie beatitudo. Añ
cedēs pz. quia sicut ex defectu qui est in tybia
claudicante. nō sequitur defectus in oculo vide
te. eo q̄ virtus motiua que est in tybia. z visi-
ua que est in oculo. distinguūtur fm gen⁹ po
tentie. sic in ppōsito zc. Cōsequētia etiā pz.
quia corpis informatio cōuenit ipsi anie fm
inferiorē portionē. sed vera et essentialis beati
ficatio cōuenit ei fm superiorē portionē. ergo
10 zc ¶ P. postqz ania resumpsit corpus. tunc
appetitus quē hz ad corp⁹ habituz nō ipedit
pfectiōez sue brītudinis. ergo anteqz resumat
corpus. appetitus quem habet ad corp⁹ resu-
mēdū nō impediet pfectōz sue beatitudinis.
Añs pz. Probat ꝯntia. qz aia nō hz minorē
appetitū ad corp⁹ resumptuz vt ipm retineat
11 qz ad corp⁹ resumendū vt ipm acqrat. ¶ P.
adhuc ꝯclōem arguūt sic. Actio ꝯueniens
accidēti nō min⁹ pfecte ꝯuenit sibi qn̄ ē sepa-
tum a corpe. qz qn̄ est coniunctū corpi. q̄ bea
titudo q̄ est actio cōueniēs aie nō min⁹ perfe-
cte cōueniet sibi qn̄ ē separata. qz qn̄ ē corpi ꝯiū
cta. Añs pz in accētibz remanētibz sine sbo
i sacro altaris. nā illa qztitas replet locū. illa al
bedo disgregat visū. ille sapor īmutat z satiat
gustū. nō min⁹ pfecte qz si oia ista accidentia
eēnt in corpe. Etiā pz ꝯña. qz nō min⁹ dependent
ista corpalia accidētia i sua corpali opa
tione a corpe. qz anima in sua supma et spūa-
lissima operatione dependeat a corpe. sed bea
titudo est spūalissima operatio aie. q̄ zc. ¶ P 12
anima qztum ad actū beatificū in nullo dpē
det a corpe. q̄ ex cōiunctione ad corpus non
intendit beatitudo ipsius aie. Cōsequtia pz.
Probat añs. quia solū in talibus actibus co
gnitiuis z volitiuis anima dependet a corpo
re. p quibus vtit fantasmate. Sed p actu be
atitudinis nullo vtit fantasmate. q̄ zc. ¶ Hz Cōtra opi
ista opinio nō videt esse conformis dictis san nionē.
ctoz. Quia sicut dicit. b. Diero. pacto iudi-
cio ampliorē gloriā deus demōstrabit electis.
Etiā ista est īrētio. b. Aug. sup Gen ¶ Item
glo. sup illud Apocal. vi. vidi subtus altare
zc. dicit. q̄ mō anime sanctoz sunt in minori
dignitate qz sint future. ¶ Etiā istud patebit
multis alīs auctibus. quas inferi⁹ circa psup
positū in isto articulo recitabo. ¶ Ad primū Solutio.
motiuū istoz dicendū. q̄ virtutē ee īmateri Ad. i.
alē pt dupl'r intelligi. Uno modo sic q̄ nō sit
forma educta de materia. nec sit forma vl virtus
eius quod est aptū natū informare materiā. Alio mō sic q̄ qzuis nō sit forma educta
de materia. ē tm forma vel virt⁹ ei⁹ qd ē aptum
natū materiā informare. Primo mō intellect⁹
z volūtas angeli dicūt virtutes īmaterīales.
Secdo mō intellect⁹ z volūtas hoīs dicūt vir-
tutes īmaterīales. qzuis aūt de pmo mō maior
sit vera. tm loqndo de secdo mō maior n̄ ē va-
qz eo ipso q̄ intellect⁹ z volūtas sbiue fūdant
in aia rōnali q̄ ē apta nata corp⁹ hūanū infor
mare. ideo p se loqndo pfectior ē eaz opera-
tio qn̄ cēntia aie q̄ est eaz subiectū īmediatuz
est ꝯiūcta materie. qz qn̄ est separata a materia.
Qz p se loqndo vnicuiqz rei pfectior ꝯuenit
opatio qn̄ ē sic apta nata ē esse. qzuis istud p
accēs īpediat in nob. qzdiu peregrinamur a
dño in isto trāsitorio seculo. tū ppter peccatū
pmi parētis. tū ppter grossiciē z corruptibili
tatem corpis. iuxta q̄ ait ille sapiens Sapie
ix. Corpus qd corrumpit aggrauat animā.
z deprimit terrena habitatio sensū multa co
gitantē. Talia aūt impedimēta nō hēbit aia
corpi glificato reunita. ¶ Ad. ij. dōm. q̄ mi Ad. 2.
norē nō ē vera de tali potētia cui⁹ sbm īmedia
tū ē aptū natū materiā informare. sz īmedia-
tū sbm intellect⁹ z volūtatis hoīs ē cēntia aie
rōnalis q̄ ex sui natura est apta nata corpus
hūanū vel materiā hūanā īformare. iō i ppo
sito minorē falsa. ¶ Dato etiā q̄ ꝯiungi corpi
grosso mortali z rebelli aliquo modo deroget
libertati. tm coniūgi corpi subtili. immortali

z plene obedicti i nullo derogat libtati. Tale autē erit corpus quod aia beata resumet. ido nec libertas nec beatitudo minuet. sed potius
Ad.3. augebit ex eius resuptōe. ¶ Ad. iij. nego minorē. Ad pbationē dōm. q sic separat aia a corpe q tamē retinet aptitudinē ad informādū ipz corpus. z ideo p talē separationē valde modicū similat deo. qz deus sic separatur a corpe q nullam habet aptitudinē ad hoc q corpus informet. et ideo dato q fm quid assimilet anima separata ipsi deo. tamē coniūcta magis assimilatur ipsi deo. qz qnto res est pfectior. tāto magis assimilatur ipsi deo. Sed aia ꝛiūcta z maxime cōiūcta corpi incorruptibili pfectiori mō hz eē qz separata. vt patz ex pdictis. g zc. Sicut em corpz qz eius pfectio cōsistit in motu. ideo dū mouet magis assimilatur deo qz qn qescit. n obstāte q deus sit immobil' p se z p accidēs z ab
Ad.4. intra. sic in pposito zc. ¶ Ad qrtuz pt dici q maior nō est vera. qz qzuis aliqs act' nō cōueniat aie directe z p se in ordine ad corpus. tn si cōuenit aie in ordine ad totū hominē. tunc pōt intendi p coniūctionē anie cū corpe. sine qua coniūctione non pt esse hō. Sed nūc ita est q beatitudo cōuenit aie in ordine ad totū hominē. qz totus hō beatitudine animerationalis dicit esse beatus. g zc. ¶ Potest etiaz dici ad minorē. q licet beatitudo simpliciter z fm se cōsiderata nō conueniat anie in ordine ad corpus. tn beatitudo considerata qztū ad illū gradū pfectionis quo intēsius pficit anima dū est in suo toto. sic cōuenit animе in ordine ad corpus tanqz in ordine ad causā sine qua nō. qz sine coniūctione ad corp' nō habet ille grad'. Et p hoc pz ad pbationē. qa licet corpus non coicet anime i actu beatitudinis. tn pdictus gradus beatitudinis pt cōuenire aie in ordine ad corpus tāqz i ordine ad
Ad.5. cām sine q nō. ¶ Ad qntū dōm q maior nō ē vera. supposito q ex illa naturali ꝛiūctōne tollat impedimētū quo ille act' supnaturalis aliq mō impedit z retardat. Sic aūt ē i pposito. qz aia separata a corpe fm augs'. retardat zc. Ad pbationē dōm. q licet illud qd p se et directe fit p causam naturalē sit naturale. tamē aliquid supnaturale potest fieri p causā naturalē indirecte. z quasi p cām q remouet prohibēs. Et sic ē in pposito. qz p hmōi coniūctōz remouet appetitus quē anima habuit ad corpus resumendū. quo appetitu aliq mō retardabat aia qztum ad aliquē gradū sue bitudinis. ¶ Etiā minor assumit falsuz. qz ꝛiūctio aie cū corpe in mortuoz resurrectōne ē supnatural'. cū imediate fiat a cā supnaturali et mō supnaturali. Nulla. n. opatio nature ad illā cōiūctionē se pt extendere. ¶ Ad. vi. dōm ad
maiorē. q licet ab eo qd nō influit ad cāndū bitudinez nō possit intēdi bitudo tāqz a cā p se et directe. ex hoc tn non habet qn ab ipso possit intēdi tanqz a cā sine q non. vel tanqz a cā q phibens remouet. ¶ Ad septimū dōm. q diuisio ē insufficiēs. qz pter hos duos modos multis alijs modis aliqd pt eē cā alterius. vt pz. ij. phicoz z. v. meth. Vn ista cōiūctio pt dici pdicti grad' beatitudinis cāpmouēs. vel cā remouēs phibēs ¶ Ad. viij. nego
ꝛñam. Ad pbationē dicēdū. q qz xps habuit grām et p ꝛñs etiā gl'iam nō ad mēsurā. iō qzuis aia xpi infra triduū habuerit appetituz ad corpus suū. tn pter immēsitatē z excessū gl'ie ille appetitus taliter fuit absorpt' q nullā retardatōz sue bitudinis aia xpi psensit ex hmōi appetitu. Etiā ex alio sec' fuit de aia xpi z alioz hoim. qz qcqd cōuenit aie xpi ratione suppositi. hoc eq pfecte conueniebat sibi i triduo mortis sue sicut anteqz moreretur. Naz ex morte xpi nullū suppositū corrumpebat. et ita remansit vnita ania xpi supposito filij dei a quo sustētabatur post mortez christi. sicut ante mortē. ideo opatio illius anime ita pfecta fuit quantū erat ex ratione suppositi post mortē sicut añ mortē. Nō sic autē in alijs hominib'. quia ex morte alterius homis corrūpitur suppositū humanū. z ex eius resurrectione repat. z ideo si aliunde nō accidit impedimentū quantū est ex ratione suppositi. tūc pfectior ē opatio totius coniūcti ex aia z corpe. qz ipsius anime a corpe separate ¶ Ad nonuz
nego añs. maxime qn defect' i inferiori portōne aliq mō attingit eēntiā aie. q est immediatū subiectū intellect' z volūtatis. q in isto argumēto intelligūt p superiorē portōz. Sic āt ē in pposito. qz ex hoc q anima nō informat corp'. eēntia aie hz aliq mō ipfectiorē modū eēndi. nec hz eē pfecti suppositi. z p ꝛñs ceteris paribz potētia imediate fūdata in eēntia habet impfectiorē modum agēdi. qz modus agendi sequit modū essendi. ¶ Ad pbationē dōm. q exemplū de tybia nō est ad pposituz. qz ille defectus tybie licet impediat virtutem motiuā que est in tybia. tn qz non attingit modū essendi aie. iō nō redūdat in aliquā aliā potentiā aie. etiam dato q sit eiusdē speciei cum ipsa virtute motiua que est in tybia. Ex claudicatione em tybie non impedit virt' motiua q ē in manu vel in capite. Ex q patz

Ad.6.

Ad.7.

Ad.8.

Ad.9.

q illa nō redūdātia nō ē ppter potētiaz distā
tiā. sicut ptēdit argumētū. sed ē ppter nō atti
gere modū eēndi ipsi⁹ aīe. Et qz ex oppositis
opposita iudicam⁹. iō qñ defect⁹ portōis infe
rioris mō pdicto attingit eēntiā aīe. tūc pt ipe
dimētū accidere i supiori portōe. iō zc. ¶ Ad
p. nego ꝛñaz. Ad pbatōz dōm q liez aīa btā
nō habeat minorē appetitū ad corpus habu
tū qz ad corp⁹ habēdū. tñ appetit⁹ ad corp⁹ iā
habitū ē cū delectabili ꝛ placētia q̄ ferē volun
tas sup rē dilectā pntialiter possessā. et iō p ta
lē appetitū nō distrahit beatitudo fm aliquē
sui gradū. Sz appetit⁹ ad corp⁹ hñdū ē cū q
dā spe q differt. q qztū de se ē nisi p aliqd adiū
ctū cōtingat oppositū. affligit aīm. qz fm cōe
puerbiū spes q differt affligit aīm. Et ideo p
hmōi appetitū aīa btā pt retardari ab aliq̄ gē
du sue beatitudinis. licet nō possit affligi ppt
pntē adiūctionē obiecti sūme delectabilis. Et i
am appetit⁹ ad corp⁹ habitū non includit ali
quā impfectionē in mō essendi ipsi⁹ btī. nec p
ꝛñs implicat aliquā impfectōz i actu intelle
ct⁹ z volūtatis. in qbz vera z essentialis cōsistit
beatitudo. Ecōuerso aūt ē de appetitu q̄ ē ad
corp⁹ hñdū z nōdū habitū. vt pz ex pdictis.
¶ Ad. xi. nego ꝛñam. Ad pbatōz dōm q ac
cidētia ꝗ frute diuia a corpe separata i nulla sua
opatōe dependēt a corpe. sed soluz dependēt a
diuina ꝗ frute. q̄ ipsis assistit miraculose. ppt
cui⁹ assistētiā nō hñt min⁹ pfectū eē qz habē
buerūt in corpe. nec p ꝛñs min⁹ pfectū opari.
Sed aīa i suo eē separato nō innitit diuine vir
tutis miraculo. sed iuxta cōem dei influentiā
derelinquit sue nature. iō separata min⁹ pfectū
hz eē qz ꝛiūcta corpi optīe disposito z sibi sū
me proportionato. q̄ le ē corp⁹ glificatū. Propt
qd qzuis aīa i sua spūalissima opatōe directe
ñ dependeat a corpe. tñ indirecte aliq̄ mō depē
det ab eo. put eē ipi⁹ aīe qd pīsupponit ab eius
actōe: pfecti⁹ ē in corpe qz separatū a corpe. ¶ Ad
xij. dōm. q maior nō ē vsqquaqz vera. qz fm
illū gradū beatitudīs quē cōsequit aīa put p
fectius hz eē in corpe glificato qz extra hmōi
corp⁹. sic dependet a corpe saltē tanqz a cā sine
q̄ nō. sicut pz ex dictis supius.

Ad. 10.

Ad. 11.

Ad. 12.

Secda ps hⁿ q̄rti articuli.

Et qz augmentum

ē pexntis qztitatis additamētū. iō sic dixi i in
gressu isti⁹ q̄rti arti. p ꝗ qd hic q̄rit de augmē
to btitudīs post resuptōz corporis. euidēter p
supponit aīa hmōi resuptōz aīas purgatas ve
re fuisse btās. z p ꝛñs nude videre diuinā eēn
tiā sine q̄ visione nō pt eē vera beatitudo.

Modernis aūt

tpibz aliq̄ surrexerūt q̄ friuol⁹ su
is assertōibz circa istud pīsuppo
sitū q̄si totū mūdū xpianū turbauerūt dicen
tes aīas purgatas a suis corpibz exutas ñ vi
dere nude z btifice dīnā eēntiā donec hmōi
sua corpa i vl⁹ mortuoz resurrectōe resumāt.
¶ Igit sic pcedā. ¶ Prio arguā ꝗ istoz in uti
lē z friuolā assertionē. ¶ Secdo ad corp⁹ moti
ua assigēdo verā z catholicā rnsionē. ¶ Argu
endo aūt ꝗ istos pmo ea q̄ adducā pbabo ex
dictis sanctoz doctoz z auctibz sacre scpture
¶ Secdo ex orōnibz eccl'ie z determinatōibz
cōtentis in canonico iure. ¶ Primo igit ar
guo sic Anime peccatrices i mortali pctō exu
te a corpe pus qz resumāt sua corpa puniunt
pena damnatōis eterne. g aīe q̄ sine omī pec
cato exeunt a corpe a deo pmiant beatitudīe
vite eterne. Sed sine clara visione diuine eēn
tie nō potest esse btitudo vite eterne. ergo zc.
Maior ppositio ē quedā ꝛsequētia. cui⁹ añ
cedēs pt z Luce. xvi. vbi habet de illo diuite
pctōre q epulabat quotidie splēdide. q mor
tuus ē z sepultus ē in inferno. Cōsequētia et
am pz. qz si dat oppositū tūc pn ior esset deus
ad puniēdū qz ad pmiādū vel miserendū. qd
oēs sancti doctores negāt. ¶ Uñ btūs Gre
go. supponēs tanqz notū cuilibet xpiano fide
li animas sanctorū iā eē beatas clara visione
z fruitione ipsius diuine essentie. ideo ex bti
tudine iustaz animaz quā habet pus qz resu
mātsua corpa cōcludit penaz iniustarū. iiij.
lib. dyalogoz dicens. Exquo iā iusti glianē
ncēē vt p oia z iusti puniēt seu crucīēt. Nā
sicut electos beatitudo letificat. ita credi ncēē
ē q a die exitus sui ignis reprobos exurat. Et
subdit infra. Veritatis em voce testante di
ues mortuus in inferno sepult⁹ est. cui⁹ aīa q
igne teneat insinuat vox diuitis q̄ ad Abra
ham depcatur dicēs. Mitte Lazarū vt intī
gat extremū digiti sui in aquā vt refrigeret li
guā meā. qz crucior in hac flāma. ¶ Mior
etiā isti⁹ rōnis pt z auctoritate xpi Joh. xvij.
vbi ait. Hec est vita eterna: vt cognoscant te
ram verū. z vnigenitū quē misisti ihm xpm.
¶ P. stola q̄ beatificat aīa sancta dat sibi im
mediate postqz exuta est a corpe. ergo anteqz
corpus resumat videt nude diuinā essentiā.
Cōseqntia pz. qz sicut iā dictū est beatitudo
anime includit hmōi visionē. Añcedēs pz.

Qz aīe scē videāt deū pus qz ēsiz mant sua corpa i

2

Apocal. vi. vbi de hmoi animabꝫ dicit. Date sunt illis single stole albe. Vbi p hmoi singulā stolam intelligit gloria anime seu beatitudo. vt patet p Greg. iij. li. dyalo. vbi cum pus dixisset Grego. ad Petrū notariū suū. Luce clarius ostat q̃ pfectorū iustoꝝ anime mor vt huiꝰ carnis claustra exeunt in celestibus sedibus recipiūtur. tūc Petrus mouet q̃stionē dicēs. Si igit anime iustoꝝ sunt in celo. quid ē quod in die iudicij sue retributōis recipiunt. Cui sic rndet Grego. Hoc eis nimiꝝ crescit ī iudicio. q̃ nūc animaꝝ sola. postmodū vero etiā corporū beatitudine pfruunt vt in ipsa carne gaudeant in qua dolores p ipso dño ptulerunt. Pro hac quippe geminata corū gloria scriptū est. In terra sua duplicia possidebūt. Et subdit Grego. qd̄ est ad p positū dicēs. Nunc etiā añ resurrectōis die de sanctoꝝ aiabus scriptū est. date sunt illis singule stole albe. qui ita singulas nūc acceperūt binas in iudicio stolas habituri sunt. qz mō aiaꝝ tm̄. tūc autē aniaꝝ z corporꝝ simul glia letabunt. Ex q̃ aucte pz nō solū añs hic assūptū. sed etiā pncipale ppositū. ¶ P. quelibet aia fidel'a corpe exuta. et ab oī pctō purgata. clare videt ea q̃ hic fideli doctrina audiuit. et credidit fide pfecta. ergo clare videt diuinaꝝ essentiā. z in ea diuinaꝝ psonaꝝ sanctissimaꝝ trinitatē. Cōsequētia pz. qz hic in via diuine essentie vnitatē cuꝝ psonaꝝ trinitate audire z credere teneꝫ quilibet fidelis homo. Añs etiā patet. qz fm sanctos doctores hmoi anime regnāt cū xpo cantātes illud ps. Sicut audiuimꝰ sic vidimꝰ ī ciuitate dñi ostutū ī ciuitate dei nri. deꝰ fundauit eaꝝ ī eternū. Unde beatus Hiero. in epistola consolatoria de morte Nepociani ad Elyodoꝝ epm. tractās verba iā dicta sic ait. Scimus q̃ dē nepocianū nrm ē cū xpo z sanctoꝝ mixtū choris. z qd̄ hic nobiscū eminꝰ rimabat. ibi videtē cominꝰ dicere. Sicē audiuimꝰ: ita z vidimus ī ciuitate dñi ostutū ꝛc. ¶ Et idē Hiero. ī epl'a ad eustochiū ōgine de sancta Paula defuncta sic ait Cetera illa impleuit cursum suū. fideq̃ seruauit. z nunc fruitur corona iusticie. sequit agnū quocūq̃ ierit. saturat quia esuriuit. z leta decātat. Sicut audiuimus ita z vidimꝰ ī ciuitate dñi virtutū ꝛc. Et quasi eandē sniam ponit idē Hiero. in epistola ad Marcellaꝝ de morte sancte Lee. vbi ait. q̃ Lea calcato dyabolo coronaꝝ iaꝝ securitatis accepit. Et paucis interpositis subdit. Nūc igit p breui labore eterna beatitudie fruitur. excipit angeloꝝ choris. xpm sequit z dicit. Quecūq̃ audiuimꝰ vidimꝰ ī ciuitate dñi ꝛc. ¶ P. illud qd̄ peteri nō denegat a liberalissimo largitore. hoc videt ē ocessum. Sed cū Moyses in psona fidelis aie peteret sub metaphora facici visionē diuine essentie. deus qui est largitor liberalissimus. cuius fm Grego. largitatis abundātia z merita supplicum excedit z vota. hmoi petitionē non denegauit absolute. sed solū pro statu psentis vite. vt patet Exo. xxxiij. vbi respondēs pdicte petitioni ait. Nō videbit me hō et viuet. Ergo post hanc mortalē vitam. cuilibet anime fideli ab omni pctō purgate visio diuine essentie videt esse ocessa. maxime p tali tpe quo merito passionis christi infernus q̃tum ad captiuitatē fideliū credit esse destructus. et aditus regni celestis veraciter reseratꝰ. Et istud moderamen debet subintelligi tā in rōnib hic pcedentib. q̃z in ratōnibus sequētibus. al's sepissime oporteret istud dictū de morte xpi replicare. ¶ P. quādocūq̃ a iusto iudice aliq̃d pcipit rone cuiꝰ obseruatori pmittit aliqd̄ bonum delicioſuꝝ. z ecōtra trāsgressori aliquod malū penosum. tūc nō magis debet retardari bonū respectu obseruatoris. q̃z malū respectu transgressoris Sed a christo qui ē iustissimꝰ iudex credere z baptizari nobis omibus taliter pponit. q̃ credēti z baptizato salus pmittit. z ecōtra nō credenti condemnatio indicit vt patet Matth. vltimo. vbi xpus ait. Qui crediderit z baptizatus fuerit saluus erit. qui vero nō crediderit cōdemnabit. Et hmoi condemnatio immediate post mortē hoīs infligitur anie illius qui non credit. put indubitata fide tenemꝰ. q̃ immediate post mortē ania credētis z baptizati. si a pctō sufficiēter ē purgata saluabit. z p ocsequēs videt ēntiaꝝ deī. sine cuiꝰ visione nō est vera salus ¶ P. remoto impedimēto diuine visiōis. tūc clare videt deus. Sed post passiōꝝ xpi ab aia pfecte purgata. z a corpe separata remotū est omne impedimentū videndi diuinā essentiā. q̃ quelibet talis aia clare z nude videt deū. Maior patꝝ Minorē pbo. quia impedimenta videndi diuinaꝝ essentiā fm legem cōmunē vident esse tria. Unū est si anima clausa sit in carcere tenebroso corpis corruptibilis. De quo carcere petit educi ppha cū ait ipi deo. Educ de custodia aiam meā ad ofitendū noi tuo. me expectāt iusti donec retribuas mihi. ¶ Scōm ē si anima est pctis maculata. Et istud impedimētū tāgit Isa. lix. vbi ī psona oīm pctōrum ait Isa. Iniquitates nostre diuiserunt inter

nos ⁊ deus noster. ⁊ peccata nostra abscondent faciem eius a nobis. ¶ Tertius est reatus peccati originalis. qui nondum solutus clausit portam salutis antequam christus pateret pro nobis. Quod impedimentum tangit dns Isa. liij. dicens. In momento indignationis abscondi faciem meam paululum a te. ⁊ misericordia sempiterna miserti sum tui. ¶ Primum istorum impedimentorum non habet locum in proposito. quia supponit ista minori quam tali anima sit a corpore separata. Nec secundum. quia supponit quam sit perfecte purgata. Nec tertium. quia huiusmodi reatus solutus fuit merito passionis dni nostri iesu xpi. iuxta quod dicit de xpo Isa. liij. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras. attritus est propter scelera nostra. disciplina pacis nostre super eum. ⁊ liuore eius sanati sumus. Unde etiam Viere. Trenorum. iiij. ait. Spiritus oris nri christus dns captus est in peccatis nostris ⁊c. Et ponunt isti prophete pteritum pro futuro propter certitudinem prophetie. ¶ Prop. fidelis anima ab omni peccato purgata non potest consequi suam hereditatem nisi clare videat deum. Sed immediate post mortem tunc fidelis anima ab omni peccato purgata consequitur suam hereditatem. ergo immediate post mortem clare videt deum. Maior patet. quia deus est hereditas talis anime. iuxta quod ipsa ait in ps. Dns pars hereditatis mee. Propter quod subdit ibidem. Funes ceciderunt mihi in preclaris: etenim hereditas mea preclara est mihi. Unde etiam Hugo de sancto victore. in expositione regule beati Aug. ait. Partes sibi faciunt homines in seculo. alius hoc. alius illud. ps autem piorum est ipse deus. Minor etiam patet per illud ps. Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas dni. Quod verbum pertractans Greg. in quadam omel. quam legit de apl'is ait. Cum electi dei pueniunt ad mortem: tunc inueniunt hereditatem. ¶ Prop. anima fidelis non potest habere requiem nisi per ipsius dei visionem ⁊ fruitionem. Sed immediate post mortem tunc fidelis anima plene purgata veram habet requiem quam ⁊c. Maior patet per Aug. i. confes. vbi ait. Ad te fecisti nos dne: ⁊ inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. Minor etiam patet per Apoc. xiiij vbi dicit. Beati mortui qui in dno moriuntur. ammodo iam dicit spus vt requiescant a laboribus suis. ¶ Prop. deus tanquam iustissimus pr̃familias non differt dare mercedem et premium his quorum meritum perfecte est consummatum. Sed meritum cuiuslibet anime purgate a corpore exute est perfecte consummatum. quia vlterius non est in statu merendi. ⁊ deus est merces totius nri meriti. iuxta quod ait deus ipsi Abrahe Gen. xv. Ego protector tuus sum. ⁊ merces tua magna nimis. Nec etiam proprie dat deus per modum mercedis nisi in actu visionis ⁊ fruitionis. iuxta quod ait anima fidelis in ps. Adimplebis me letitia cum vultu tuo. delectationes in dextera tua vsque in finem. Ergo quelibet anima purgata a corpore separata clare videt deum. ⁊ beatifice fruitur eo. Et hanc rationem innuit propheta: cum ait. Ibunt de virtute in virtutem: ⁊ videbitur deus deorum in syon. Unde alia translatio habet. Donec videat deus deorum. Ubi expresse innuitur. quia meritum sanctorum quo de virtute in virtutem proceduntur in via non terminat donec in patria. scilicet in celesti syon recipiendo premium clare videant deum. Iuxta quod etiam dicit in alio ps. Edificabit dns syon. ⁊ hoc quantum ad fidelis anime meritum. ⁊ videbitur in gloria sua. ⁊ hoc quantum ad premium. ¶ Prop. apl'us. i. ad Corinthios. xiij. ait. Nunc videmus per speculum ⁊ in enigmate. tunc autem facie ad faciem. Ibi sicut communiter exponit apl'us. per nunc intelligit statum presentis vite. ⁊ per tunc intelligit statum future vite. Ergo immediate anima purgata exits statum huius vite. ⁊ intrans statum future vite. videt deum facie ad faciem. ergo ⁊c. ¶ Prop. anima latronis ad dexteram christi crucifixi pendentis eodem die quo ab hac vita decessit. vidit nudam dei essentiam. ergo etiam alie anime purgate ipsam clare vident separate a corpore. Consequentia patet. Probatur antecedens. quia vt habet Luce. xxiij. christus dixit illi latroni. Hodie mecum eris in paradiso. Sed hoc verbum non est intelligendum de paradiso corporali. quia christus illo die descendit ad infernum siue ad lymbum patrum. ergo est intelligendum de paradiso spirituali. quem consistit in visione atque fruitione ipsius diuine essentie. ¶ Et istud confirmat. quia christus per mirtedo paradisum respondit latroni postulanti de regno christi. ergo idem expressit christus per paradisum. quod latro expressit per xpi regnum. sed christi regnum consistit in visione ⁊ fruitione diuine essentie. vt patet ex dictis Aug. in soliloquiis anime. ¶ Etiam beatus aug. in sermone de martiribus qui ammirans de prudentia petitionis istius latronis ait. Quis ipsum docebat nisi qui iuxta ipsum pendebat. erat enim fixus in latere. sed habitabat in corde. ¶ Prop. quelibet anima sancta a corpore separata accipit coronam vite. quam est beata diuine essentie visione ⁊ fruitione. Antecedens patet per b. Jacobum. qui in primo. c. sue epistole ait. Beatus vir qui suffert tentationem. quia cum probatus fuerit accipiet coronam vite. quam repromisit deus diligentibus se. Sed planum est quod quilibet sanctus homo antequam anima sua separet a corpore sustinuit

tēptationes. ⁊ vsq; ad mortē vincēdo ꝓbatus
in uenit. ergo post mortē clare videbit dei ēn
tiam. sine cui⁹ visione nullus obtinet coronaz
vite. quā deus ꝓmisit diligētibus se. ¶ P. ꝓ
Auctes augustini ista veritate sunt exp̄sse auctoritates sanctissi/
mi patris nostri Aug. qui i li. supputationū
diuinaz scripturaz sic ait. Utinā cōcessa mi/
hi peccōz venia: moxq; hac carnis sarcina de/
posita: dñe in tua gaudia verā requiē habitu
rus intrarē. et tue ciuitatis p̄clara ac speciosa
menia coronā vite accepturus ingrederer. vt
illis sanctissimis choris interesse. vt cū beatis
simis spiritib⁹ glorie cōditoris assisterē. vt p/
sentē christi vultū cernerē. vt illud summū ⁊
ineffabile et incircūscriptū lumē semp aspice/
rē. sicq; nullo metu mortis affici. sed de incor
ruptōis ꝑpetuo munere letari possem sine fi/
ne. Felix aīa que terreno resoluto corpe liberā
celū petit. hec em̄ semp p̄sentē cernit pulcerri/
mū dñm quē dilexit. Hanc ꝯo tante beatitu
dinis gloriā nulla dies minuet. nullus ipso
bus poterit auferre Et quibusdā interpositis
dirigit Aug⁹. sermonē ad sctōs. qui iā regnāt
in patria dicēs. Felices sācti dei omēs q̄ ptran
sistis hoc mortalitatis pelagus. ⁊ peuenire me
ruistis ad portū ꝑpetue quietis ⁊ securitatis.
Obsecro p matris caritatē qui securi estis de
vra imarcescibili gloria. sollicati estote de no/
stra multiplici miseria. p ipm̄ vos rogo q̄ vos
elegit. qui vos tales fecit. de cui⁹ pulcritudie
iā satiami. de cui⁹ im mortalite iā immortales
facti estis. de cui⁹ beatissima visione semp gau
detis. estote iugiter memores nr̄i. subuenite
nobis miseris. qui adhuc hui⁹ vite giro flan
Instantia tib⁹ agitamur ꝓcellis. ¶ Sed nostris tpib⁹
surrexerūt quidā qui dicūt q̄ ista verba Au/
gu. nō sint intelligēda de visione deitatis. sed
solū de visione humanitatis xp̄i. Deitatez em̄
nō videt nisi tales aīe q̄ iam sua corpa resum
pserunt. sicut ē aīa christi. et aīa virgis gl'iose.
Et ideo si ꝯba iā dicta beati Aug⁹. referūt ad
visionē deitatis. tūc isti dicerēt. q̄ Aug. hm̄oi
verba dirigit ad illas aīas q̄ iaz sunt suis cor
Solutio. poribꝫ reunite. ¶ Sed salua reuerētia oīm
veroz doctoz talib⁹ nō tanq̄ doctoribꝫ: sed
tanq̄ veritatis subuersoribꝫ dicere possū illd
Job. xiij. c. Ad omipotentē loquor. i. coram oī/
potēte. ostendēs vos fabricatores mēdacij. et
cultores puerloz dogmatū. Et istud patz in
eodē li. Aug⁹. p verba sequētia. Describit em̄
aug. multitudinē illius supne societat⁹ dicēs
Ibi ꝓphetaz puidus chorus. ibi duoden⁹
apl'oz numer⁹. ibi innumerabiliū martyz vi
ctor exercit⁹. ibi sanctoz ꝯfessoz sacer ꝯuētus
ibi veri ⁊ pfecti monachi. ibi sancte mulieres
q̄ voluptates scl'i ⁊ sexū infirmitatis vicerūt.
ibi pueri ⁊ puelle qui annos suos moribꝫ trā
scēderūt. ibi oues ⁊ agni qui iā hui⁹ volupta
tis laqueos euaserūt. Exultāt omēs in ꝓprijs
māsionib⁹. q̄ dispar ē gloria singuloz. sz cō
munis ē leticia oīm. plena ⁊ pfecta ibi regnat
caritas. q̄ deus ē ibi omia in omib⁹. que sine
fine videt. ⁊ semp videdo ī eius amore ardet.
laudāt ⁊ amāt. omne opus eoz laus sine fine
sine defectione. sine labore. Felix ego ⁊ vere im
ꝑpetuū felix. si post iter hui⁹ corpusculi audi/
re meruero illa cātica celestis melodie. q̄ can/
tant ad laudez regis eterni ab illis supne pa
trie ciuib⁹. Et subdit Aug⁹. Fortunatus ego
⁊ nimiz beatus. si et ego meruero cantare ea.
⁊ assistere regi meo. deo meo. duci meo. et cer/
nere eū in gloria sua. sicut ipse polliceri digna
tus ē dicēs. Pater volo quos dedisti mihi
sint mecū vt videāt claritatē meā quā habui
apud te añ cōstitutionē mūdi. ¶ Ex his et
multis alijs q̄ in p̄dicto li. ponit Aug. patet.
q̄ nec aug. dirigit sermonē ad solas illas ani
mas q̄ suis corpibus sunt reunite. nec solū lo
quit de visione humanitatis xp̄i. sed exp̄sse lo
quit de clara visione ipsius diuinitatis. ¶ P 14
p̄dicta veritas etiā exp̄sse habet ex dict⁹ aug.
in libello q̄ incipit. Cognoscā te cognitor me
us. qui ab aliquib⁹ appellat soliloquiū anie.
vbi aug. affectās p̄clazz gaudiū qd̄ pnūc ha/
bet anie sancte a suis corpib⁹ absolute. sic ait.
Sitio dñe sitio deū viuū. qn̄ veniā ⁊ appare
bo añ faciē tuā. putas videbo die illā. diem in
quā iocūditatis ⁊ leticie. die quā fecit dñs. vt
exultemus et letemur in ea. O dies p̄clara ne
sciens vespez. nō habēs occasū. in qua audiā
vocē laudis. vocē exultatōis ⁊ ꝯfessiōis. In/
tra in gaudiū dñi tui. intra in gaudiū sempi
ternū. in domū dñi tui. vbi sūt magna et in/
scrutabilia. ⁊ mirabilia. quoz nō ē numerus.
intra in gaudiū sine tristicia. qd̄ continet eter
nā leticiā. vbi erit omne bonū. et nō erit aliqd̄
malū. vbi erit quicq̄d voles. vbi erit vita vi/
talis. dulcis ⁊ amabilis. ⁊ deitatis beata visio
q̄ est gaudiū nostz. ¶ Forte iterz dicet verita Instantia
tis aduersarius. q̄ ista verba sunt intelligēda
de beatitudine q̄ erit post mortuoz resurrecti/
onē. eo q̄ Aug. loquat de futuro. q̄ dicit. vbi
erit ⁊c. ¶ Rndeo q̄ hic fallium assumit. quia Solutio.
aug. loquit de gaudio qd̄ pnūc habet aīe san
cte. Quia tamē aug. verba p̄dicta direxit ad
se. ⁊ illud gaudiū nō erat sibi p̄sens sz futuz.

ĩo ĩ p̃dictis vtebat verbo futuro. sz in seq̃ntibꝫ dirigẽs sermonẽ ad anĩas sctas q̃ ptũc a suis corpibꝫ exute fuerũt. nõ vtit verbo futuro. iã dicte beatitudinis gaudiũ exp̃mẽdo. Unũ parũ post verba p̃dicta subdit. Felices qui de periculo maris hꝰ educti ad te deũ portũ tutissimũ peuenire meruerũt. O vere felices. qui de pelago ad litus. de exilio ad patriã. de carcere ad palaciũ peuenerũt. oprata iaz quiete beati. quia beatiuz ppetue glorie. qõ hic p multas tribulatões quesierũt. iã felici iocũditate adepti letant in ppetuũ. O vere beati qui a malis omnibꝫ exuti. securi iaz de sua immarcescibili gloria ad regnũ decoris peuenire meruerunt. O regnũ eternũ. regnũ oĩm seculorũ. vbi lumen indeficiens z pax dñi exupat omnẽ sensum. in qua sanctorꝫ anime requiescunt. z letitia sempiterna sup capita eorꝫ. O q̃z glorio/sum est regnũ. in quo tecũ dñe regnãt omnes sancti. amicti lumine sicut vestimẽto. habentes in capite suo coronaz de lapide p̃cioso. O regnũ beatitudinis eterne. vbi tu dñe spes sãctorꝫ et dyadema glorie facie ad faciẽ videris a sãctis tuis. letificãs eos vndiq̃z in pace tua. q̃ exupat omnẽ sensũ. vbi gaudiũ infinitũ. leticia sine tristicia. salus sine dolore. virtus sine labore. lux sine tenebrꝭ. vita sine morte. omne bonũ sine oĩmi malo. vbi iuuẽtus nunq̃z senescit. vbi vita terminũ nescit. vbi gaudiũ nũq̃z decrescit. vbi dolor nunq̃z sentit. vbi gemitus nunq̃z audit. vbi tristis nullus videtur. vbi leticia semp habet. vbi malũ nullũ timet. qm̃ ibi summũ bonũ possidet qõ est semp videre faciẽ dñi virtutũ. Et subdit August. Felices igit qui de naufragata vita p̃senti ad tanta gaudia iam peuenire meruerũt. ¶ Istis bñ intellectis. cessat oĩmis cauillatio ptis aduerse. quia clare patet q̃ Augꝭ. loq̃tur de visione diuine nature. Patz etiã q̃ asserit sanctorꝫ anĩas ad illã gloriosam visionẽ iã peuenisse.

15 ¶ P. Aug. in libro de doctrina xp̃iana hortatur quẽlibet fidelẽ sic dicens. Illud age vt bonã vitã habeas. tũc q̃ncunq̃z occasio fuerit vt exeas de corpe exis ad requiẽ. exis ad beatitudinẽ que nõ habet finẽ. Ex quo dicto iterꝫ pz q̃ fm Aug. aĩa homis qui ẽ bone vite immediate post mortẽ pcedit ad clarã dei visionẽ. sine qua eẽ nõ pot beatitudo que nõ habet finem.

16 ¶ P. fm Aug. in libro de pnia. quicunq̃z rite baptizatus moritur pus q̃z vita sua iterato pctis maculet. illius anĩa vadit de labore in requiẽ. de miseria ad gloriã. ¶ Idẽ Aug. i sermone de beato Stephano. cũ prius tetigisset quõ Paulus apl'us añ sui cõuersionẽ beatũ Stephanũ pseq̃batur. tãdẽ subdit Ecce nũc Paulus cũ Stephano letat. cuz stephano christi claritate pfruit. Sed xp̃i claritas p̃ncipaliter respicit eꝰ diuinitatẽ. qua nullꝰ fruitur in sua claritate nisi eã videat in sua claritate. ¶ Itẽ Aug. de beato stephano dicit. q̃ depositis corruptibilibꝫ corpis indumentis ad celi palaciũ peuniter regnaturus ascẽdit. P 17.
beatus Augꝭ. in epl'a ad Paulinã de videndo deũ expsse ponit. q̃ aliqui homies tantã a deo in hoc mũdo gratiã pceperũt. q̃ aĩe eorꝫ naturã dei nude viderũt. anteq̃z tempali morte a suis corpibus essent exute. Et hoc ibidez pbat de Paulo z de Moyse. Ergo multo magis fm intentionẽ Aug. anĩe sancte p mortẽ a suis corpibus sepate nude vidẽt essentiã dei. Cõsequẽtia ptz p locũ a minori affirmatiue.

¶ Forte dicet q̃ istud dictũ Augꝰ. pcedentibus ꝓtradicat. quia vnũ de impedimentis videndi deũ est animã esse in carcere corruptibilis corpis. vt dictũ est supius rõne. vi. Sed q̃diu viuit homo in hac vita. tãdiu aĩa eius est in corruptibili corpe. ergo ꝛc. ¶ P. illud verbũ dñi ad Moysen. Nõ videbit me hõ z viuet. cõmuniter exponit de viuentibꝫ in hac vita mortali. ergo nõ videt q̃ aliq̃s hic viuẽs possit nude videre deũ. ¶ Respõdeo ad primũ. q̃ q̃uis de lege cõi aĩaz esse in carcere corpis corruptibilis pstet impedimentũ videndi nude diuinã naturã. tamẽ de priuilegio singulari deus potest tollere tale impedimẽtuz ipsa aĩa manẽte in corruptibili corpe. sicut ꝗ facto tulit de aĩa moysi et pauli apl'i. Nõ ẽ igit hic aliq̃ ꝓtradictio. qz qõ dictũ est supius. intelligiꝫ fm legẽ cõem. hic ꝗo fm priuilegiũ singulare. Q, autẽ deus illud possit. quilibet fidelis tenet credere. ppter aĩam xp̃i. q̃ q̃diu fuit in hoc mũdo informabat corpus passibile z corruptibile. z tamẽ fuit beata visione z fruitione diuine essentie. ¶ Ad scdm rñdet metbtus aug. in p̃dicta epl'a ad Paulinã. vbi sic ait. Deinde pot queri quõ iã ipsa dei substãtia videri potuerit a quibusdã in hac vita positis. ppter illud qõ dictũ est ad Moysen. nemo pot faciẽ meã videre z viuere. nisi qz pot humana mens diuinitus rapi ex hac vita ad angelicaz vitam. añq̃z p mortẽ cõem a carne soluat. Sic em̃ raptus est qui audiuit illic in effabilia verba que nõ licet homi loqui. vbi vsq̃z adeo facta ẽ ab huꝰ vite sensibus quedã intentionis auersio. vt siue i corpe siue extra fuerit diceret se nescire. ita vt z illud verũ sit qõ

Instantia 1

2

Solutio. Ad. 1.

Ad. 2.

dictū est a dño. Nemo potest faciē meā videre ⁊ viuere. quia necesse ē abstrahi ab hac vita mentē qñ in illius visionis ineffabilitatē assumit. Est ergo intētio augus. q̄ ad veritatē istius verbi quo dixit dñs. Non videbit me homo ⁊ viuet. nō est necesse q̄ homo simpliciter moriat. ita q̄ anima sua cor[illegible] nō det vitā. ſz sufficit q̄ taliter moriatur q̄ nesciat se viuere in hoc mūdo ꝓpter vehementē extasim qua penitus fit alienatus a sensibus et a vita

Instantia sensibili q̄tum ad sensibiles operāōes. Forte ad huc diceret. Illud quod apl'us dicit nulli homī posse cōuenire. hoc ipsi apl'o nō videtur eē concessū. Sed. i. ad Thi. c. vi. apl'us loquens de deo ait. Qui lucē inhabitat inaccessibilē quē nullus hominū vidit. sed neq̄ videre pōt. ergo ⁊c.

